


V 597

3 Kellern 1 2 3
2 Kellern
Brennen, Rest

08 —

30 —





JOH. VOLK. Bechmanns/

Jcti & Antecessoris longe celeberrimi, Consilii Saxonici, Facultatis
Juridicæ, Dicasterii Provincialis & Scabinatus Assessoris gravissimi,
h. t. Decani spectatissimi,

TRACTATUS
DE
PRIVILEGIIS
MVLIERVM,

Von den
Weiblichen Frey- und Gerechtigkeiten.
EDITIO TERTIA



LIPSIÆ,

Impensis JOH. MARTINI BVRGKMANNI,
IN COLLEGIO PAVLINO 1712.

JOH. VON K. ...
...
...

TRACTATUS

PRIVILEGIUM
MARTINI

1757

...
...

Bücherei der
Juristischen Fakultät Halle (S)



...
...
...





PRÆFATIO.



Uivis Corpus Juris nostri per tran-
sennam saltim inspiciens fatebi-
tur, leges nostras succurrere mu-
lieribus saluberrime, & quidem
causam si ponderamus, æquissime.
Nec est, ut propterea Legislatores
aut errore ductos, aut cupiditate
abreptos, aut mulierum persuasio-
nibus seductos (uti nonnulli injuste Justinianum nostrum
Imperat. laudatiss. accusant) dicamus: quis enim non no-
vit earum infirmitatem & imbecillitatem? Et sicuti viris
natura corporis & animi robur datum est, tum propter a-
lias causas, tum ut industria, labore, multis denique peri-
culis domos locupletent; ita foeminis imbecillitas & fragi-
litas natura tribuitur, ut quæ domi sunt, curiosius ipsæ
custodiant Francisc. Barbar. *de Re uxor. lib. 2. c. 7.* Ne itaque
inopia judicii circumventæ lædantur, *vel*, ut ait Imper. *ne
fragilitate naturæ suæ in repentinam deducantur inopiam,*
in l. un. §. 15. C. de rei uxor. act. plerumque enim contra pro-
pria commoda laborant. *l. 4. C. de Spons.* ideo æquissima
sane ratione Legumlatores singularia quædam ipsi
præconcessere, de quibus nunc loco disputationis, ut vo-
cant, Inauguralis disserere, animum induxi: Idque ex ra-
tione Jcti Ulpian, *in l. 1. ff. de susp. tutor.* ubi tractationem il-
lius materiæ commendat, quia frequens & pernecessaria
est; Nam quod indies de hac materia incidant controver-

A

siz

fiæ, testantur uno quasi ore omnes Curia, Aula, Camera, Parlamenta, Rota omniaq; Dicasteria & judicia, tam inferiora quam superiora, Joach. Wibel. *de contract. mulier præm.* Quod propositum autem cum non sit futilis & puerilis meditatio, quæ nihil ad vitam neq; tuendam neq; ordinandam facit, uti inquit A. Gell. *lib. 10. Noct. Att. cap. 22.* Neque de materia aliqua ineptiore, cujus sub cute, veluti in cancrorum crustis, multum testæ, haud ita multum carnis, multum e litigii, parum succi utilis; sed quæ ex inzima Imperat. nostri Justin. Bibliotheca desumpta atque inter utilissimas materias numerata est: Ideo sine ulteriora verborum ambage materiam hanc per universum quidem Justiniani Corporis latifundium diffusam, sed pariter utilissimam (quæ propterea non eget commendatione, *uti in simili loquitur Ulp. in l. 1. ff. d. in integr. restit.*) aggredior. Cum autem nauta portu non solvat nisi votis Deo factis, nec agricolæ, nisi vocata Cerere sementem faciant; Idcirco & ego accinctus voluntate prompta hic sequor eosdem. Te itaque, cui terra scabellum, sedes cælum, qui indigentibus virtus, cæcis lux, errantibus vias; Te inquam, qui manu tua omnipotentissima ducis nos & dextra tua inexplicabili tenes nos; Te te invoco, ut & hic prudentiæ tuæ efficaciam mihi attribuas, virium magnitudinem submittas, & mentem manumque dirigas, ut salutaria videam, dijudicem, promam.

THESIS I.

an mulieres sint homines?

IN frontispicio hujus disputationis paucis attingendum, nonnullos magni nominis Jctos mulierem hominis appellatione contineri aperte negare quos

quos inter ex Neotericis numerandi etiam sunt Matth. Wesenb. ad ff. tit. ad L. Cornel. de sicar. n. 5. & Jac. Cujac. lib. 6. observ. 21. duo oracula juris Civ. Cujus negationis basin eliciunt ex l. 38. §. 5. ff. de pœn. verba hæc sunt: qui abortionis aut amatorium poculum dant, et si dolo non faciunt, tamen quia mali exemplares est, humiliores in metallum, honestiores in Insulam amissa parte bonorum, relegantur. Quod si eo mulier aut homo perierit, summo supplicio afficiuntur. Item ex cap. aliquis 15. x. de homicid. ubi etiam mulier & homo invicem opponuntur. Deinde hanc quoque sententiam confirmare videtur lingua Gallica, quæ *homme*; Item Italica, quæ *uomo*; & Hispanica, quæ *hombre* virum solum appellat. Verum ut hoc statuant dicti magni Doctores, falluntur tamen, imo ipsis indignus est hic error, uti in specie de Cujacio loquitur Reinhard. Bachov. ad Treutl. v. 1. disp. 2. th. 1. lit. c. in fin. Contrarium enim luce meridiana clarius elucescit ex l. 152. ff. de verb. signif. ubi expresse dicitur, hominis appellatione tam foeminam quam masculum contineri. Quod vero attinet d. l. 38. §. 5. de pœn. ad illam responderi potest dupliciter: Primo, quod ibi nomen MULIER accipiat pro prægnante, & HOMO pro foetu in utero matris existente; & idem est, ac si Jctus dixisset, capite plectendum esse, qui abortionis poculum dederit, sive ipsa mulier, cui præfectum fuerat, ex eo perierit, sive homo, quem mulier in utero gesserat. Et rectissime ibi foetus generali vocabulo homo appellatur, quia ante partum adhuc incognitum est, utrum foetus conceptus masculini vel foeminini sexus sit. Mart. Benckend. ad l. 2. ff. de R. J. in dedicat. Reinh. Bachov. ad Tr. d. l. Magnif. Dn. D. Christ. Phil. Richter/ In-
 clytæ Facultatis Jurid. Ordinar. Præceptor atq. Patronus meus
 A 2 devoto

devoto observantia cultu jugiter venerandus, p. 1. decis. 1. n. 20. vel secundo, quod in d. l. homo & mulier sibi opponantur non adverbative, sed relative, relatione scilicet facta ad suum subjectum: Poculum enim abortionis ad mulierem, ut po te cujus solius munus est concipere & conceptum tueri. l. 14. §. 1. ff. de adul. edict. amatorium vero tam ad virum quam foeminam refertur, & idem est, ac si Paulus dixisset, cum ultimo supplicio afficiendum esse, qui poculum abortionis mulieri, aut amatorium poculum homini, sive foeminæ sive masculo, dederit, & ex eo sive mulier sive masculus, qui sub hominis appellatione continentur, perierit. Mart. Benekendorff. d. l. & hanc interpretationem suadet inserta particula aut, quæ est conjunctio disjunctiva, quarumvis est, ut verba quidem conjungant, sensum autem disjungant. Joh. Rudinger. centur. 3. obs. 92 add. Christoph. Besold. in Theff. Pract. verb. oder. Et quamvis Gallorum aliorumque exterorum uti supr. dicit. loquendi ratio hisce contrariari videatur, ea tamen hic attendenda non est: siquidem & Austriacis nomen Mensch sumitur pro puella, uti notat Christoph. Besold. in Oeconom. tit. 5. §. 6. lib. 1. ff. ib. 18. & licet nomen hominis mulieribus secundum dictos exteros negetur, exinde tamen res ipsa negari non potest. Reinhard. Bachov. d. l. vid. Andr. Calner. de Jur. Homin. lib. 1. part. 2. num. 24. §. part. 5. n. 7. Gregor. Rolhag. certam. mascul. femin. acie viril. c. 4. §. 5. Add. Hieron. Treutler. v. 1. disp. 2. ib. 1. lit. c. Reinhard. Bachov. ad Wesenb. tit. de Stat. homin. lit. c. n. 2. Erasw. Ungebaur. Exerc. Justin. 16. quest. 12. in Neg. Frider. Pruckmann. in Tr. ad l. 9. ff. de Stat. hom. p. 1. princ. membr. 3. art. 1. Jac. Cramer. disp. 2. ib. 4. Wilh. Ludwel. Exerc. ult. theff. 5. lit. e. Hisce generalibus præmissis, propius rem ipsam accedemus.

Cum

Cum autem plurimum conducat antequam ipsam tractationem exordiamur, pauca de significatione ipsius tituli prælibare, docente JCo sapientissimo, uti prædicatur ab Imperat. Just. *in Nov. 97. c. 6. §. 1. in fin.* Ulpiano *in l. 1. ff. de reb. cred. idcirco & nos quædam de illa præmittemus.* Inscriptimus a. hanc disputationem DE PRIVILEGIIS MULIERUM. Etymologiam privilegii quod attinet, duplicem illi adscribunt: nonnulli derivant a privare, dictumque putant privilegium quasi privans legem, Matth. Coler. *de Process. Execut. cap. 4. part. 1. num. 3.* Ac utius ab Enekel. *de privileg. lib. 1. c. 1. n. 7. & 10.* Hun. *Encycl. p. 1. tit. 6. n. 1.* idque propterea, quia legi generali derogat, & aliquid contra dispositionem ejus admittit. Verum rectius forsitan alii ab antiqua loquendi ratione deducunt, a privo scilicet & lege: Veteres enim priva dixerunt, quæ nos singula, ait A. Gell. *Noct. Att. lib. 10. c. 10. & Festus in voc. privos: privos privasque antiqui dicebant pro singulis.* Hinc Cato *privas scopulas appellat singulas & unas.* & Cicer. *tantum Majores in posterum providisse, in privos leges ferri noluerunt, id enim privilegium est.* Lib. 3. de LL. & *in Orat. pro dom. inquit: Vetant leges sacratæ, vetant XII. tabb. leges privis hominibus irrogari.* Unde & privata dicuntur, quæ uniuscujusque sunt, & iisdem opponitur publicum, quod a populo dicitur, & non uniuscujusque, sed populi est. Christian. Becman. *de Orig. lat. lingu. p. 865. & 877.* Hinc etiam Ulp. *in l. 8. ff. de LL.* ait: *iura non in singulas personas, sed generaliter constituenda sunt.* de qua l. vid. Gothofred. *ad l. 16. ff. d. t. lit. x.* Jac Cujac. *15. obs. 8.* Christ. Befold. *in d. Oicom. ad tit. 3. & 4. lib. 1. ff. de bes. 4.* Georg. Frantzk. *in Comm. ad ff. tit. d. constitut. princ.* Est itaque privilegium quasi lex priva sive singularis. Georg.

Schönborner. 5. Polit. 16. vel quasi lex privatis data, ut ait
 Ifidorus in can. privilegia 3. dist. 3. Add. Reinold. Curicke
 de privileg. c. 1.

III.

Ejusd. Ho-
 monym.

Homonymiam privilegii quod attinet. Accipitur
 hoc vocab. diversimode. vid. Enenkel d. cap. 1. n. 8. & seqq.
 In jure nostro accipitur vel late vel stricte. In lata signifi-
 catione privilegium denotat quascunque constitutiones
 speciales, contra vel præter jus commune aliquid ex sin-
 gulari causa disponentes, & vel in alicujus favorem, vel in
 odium. §. 6. 7. d. 7. N. G. & C. arg. l. 1. §. 2. ff. d. constit. Princ.
 l. 9. C. de testam. privilegia enim non solum pro aliquo, ve-
 rum etiam contra aliquem ferri possunt. Arnold. Vinnius
 ad d. §. 6. n. 5. quale fuit, quod auctore & rogatore Clodio
 de Cicerone per aquæ & ignis interdictionem civitate ex-
 cludendo latum, quod ille nefarium privilegium appellat.
 in Orat. pro dom. Item, si nimium multis personis delin-
 quentibus poenæ exasperentur. l. 16. §. fin. ff. de poen. Georg.
 Frantzk. d. tit. d. const. pp. n. 42. In stricta significatione
 denotat constitutiones in alicujus saltem favorem consti-
 tutas; & iterum dupliciter accipitur, vel pro ipso jure sin-
 gulari seu speciali, quod contra juris universalis seu gene-
 ralis tenorem, æquitatis administrandæ causa, alicui præ-
 rogativam concedit, l. 2. ibi: antequam privilegiorum præro-
 gativam C. de decuriat. urb. Rom. vel pro ipsa prærogativa
 dicto jure singulari seu speciali concessa. l. 19. pr. ff. d. reb.
 autb. jud. poss. l. fin. C. de Profess. & Med. l. 12. C. qui pot. in pign.
 interdum quoque sumitur metonymice, vel pro instru-
 mento, quo privilegia concessa continentur, ut in l. 17. C. de
 SS. Eccles. vel pro ipsis privilegiariis, ut in l. 24. §. 2. ff. de
 reb. autb. jud. l. 17. §. pen. ff. de Excus. cur. Reinold. Curicke
 d. priv.

de privil. cap. 2. pag. 25. vid. Dn. Joh. Rebban. *Hodeget. Jur. chart. 2. clim. 1. parall. 1. n. 40. p. 64.* Hoc in loco accipimus in stricta significatione.

IV.

Explicata Etymol. & Homonymia; pergimus ad ^{Etym. mib} originationem vocabuli mulieris. Dicta est mulier quæ si mollis, a mollitie enim propter sexus imbecillitatem nomen habet. Scip. Gentil. *libr. 1. parerg. cap. 16.* Joh. Nevizan. *Sylv. Nuptial. lib. 1. n. 11.* nam sicuti viri propria sunt virtus & vires & vis, ita mulieris propria est mollities. vid. Christ. Becman. *verb. virtus.* Hinc Chrysoſtomus *part. 2. Homil. in Matth. hom. 23. pr.* ait: Sexus mulierum mollis & incautus est. Mollis, quia facile flectitur vel de malo ad bonum, vel de bono ad malum: Incautus, quia non omnia quæ videt & audit, cum sapientia & ratione considerat. Huc quoque pertinet illud Ovven. *lib. 1. Epigram. 70.*

Dicta fuit mulier quasi mollior: Est tamen Eva

Non de carne sui sumpta, sed osse viri.

vid. Frider. Pruckman. *ad l. 9. ff. d. stat. hom. in protem. n. 1.* Martin Benekendorff. *ad l. 1. ff. d. reg. Jur. Sect. 2. membr. 5. n. 311.* Georg. Schönborner | *2. polit. 12. p. (mibi) 158.*

V.

Sumitur nomen mulier in jure nostro etiam vel latè ^{Ejusdem} vel strictè. In lata significatione mulierum appellatio- ^{Homon.} ne etiam virgines, non saltem viripotentes: *l. 13. ff. de V. S.* Verum etiam juvenulæ ad virum nondum aptæ continentur. *l. 25. §. 9. ff. d. aur. & arg. l. 81. §. 1. d. leg. 3.* Et naturale vocabulum est fœmina, naturalis vocabuli generale mulier; generalis autem speciale virgo, vel nupta, vel vidua, vel quor etiam ætatis nomina accedunt, inquit Terullianus *de veland. virgin.* referente Gothofr. *ad d. l. 81. §. 1. d.*

*l. de leg. 3. lit. o. Scip. Gent. d. cap. 16. Mulierum n. nomen
 sexus nomen est, quod non qualiter sexus sed ipsum se-
 xum denotat. d. l. 25. §. 9. de aur. & arg. l. 1. c. de rap. virg.
 l. 14. §. 7. ff. de edil. edict. ibique Gothofr. lit. g. Joh. Gødd.
 ad d. l. 13. ff. de V. S. ibique Alciat. Marr. Benekendorff. d. l.
 n. 308. add. Joach. Wibel. de contract. mulier. cap. 2. num. 13.
 & seqq.* Hinc etiam legales prohibitiones, aliaque ad mu-
 lieres pertinentia jura virgines comprehendunt. Gødd.
*ad d. l. 13. in princ. axiom. 2. n. 11. Wibel. d. l. n. 16. nisi tamen
 subjectum, vel circumstantiæ qualitatis aliud suadeant.
 Daniel. Møller. ad Const. Saxon. p. 2. cap. 15. ibidemque Be-
 ned. Carpzov. def. 1. num. 3. In stricto significato mulieris
 appellatione tantum venit ea, quæ virum habet, vel a vi-
 ro cognita est: quoties autem in hac significatione mulier
 accipitur, non tam respicitur ad sexum ipsum, quam ad
 sexus qualitatem & differentiam specificam, ut in l. 11. §.
 1. ff. de contrab. empt. l. 11. §. 5. de action. empt. l. 13. in fin.
 ff. de manum. vind. d. l. 14. §. 7. ff. de edil. edict.* Hinc a-
 ctione injuriarum conveniri potest, qui virginem prætex-
 tam mulierem appellat. Gloss. in l. 15. §. 15. ff. de injur. unde
 etiam Cicero objurgatus, quod senex virginem duxisset,
 respondit: *cras mulierem reddam.* Hoc in loco latiore
 intelligimus significationem; nisi interdum ratio diversi-
 tatis aliud suadeat: ratio enim moderatur quamlibet di-
 spositionem, non aliter quam frænum equos, & guber-
 naculum frænum Porti. Joach. Wibel. d. Tr. cap. 3. §. 5.
 num. 46. p. 91. & alias etiam eousque extendenda lex, quo-
 usque sese ratio ejus extendit, cum ratio sit anima legis.
 Jacob. Schultes ad Modest. Pistor. p. 4. decis. 70. num. 7. Ti-
 berius Decianus respons. 50. lib. 1. num. 17.

Vocan-

VI.

Vocantur hæc privilegia mulierum in jure interdum ^{Synon.} beneficia. *l. 24. §. 2. ff. ad Sc. Vellej. l. 9. §. 10. C. eod.* quam ^{privil.} vis alias in lata significatione privilegia a beneficiis differ- ^{mulier.} rant, & quidem tanquam genus a specie: nam omne beneficium est quidem privilegium. *c. olim. ubi Canonist. d. V. S. Henr. a Rosenthal. Synops. Jur. feud. c. 1. conclus. 7. gloss. d.* sed non contra, omne privilegium est beneficium: sunt enim privilegia vel favorabilia, vel odiosa, *uti sup. tb. 3. dict.* Vocantur etiam quandoque jura potiora. *l. 12. §. 1. C. qui pot. in pign. auxiliaria. l. 2. §. 3. l. 8. §. 8. ff. §. l. 2. C. ad Sc. Vellej. adjutoria. Nov. 134. c. 9. pr. favorabilia. arg. l. 19. ff. de Rit. nupt. l. fin. in med. C. de dot. promiss. l. 3. ff. de pen. It. exceptionum præsidia. l. 29. C. de jur. dot. prærogativa l. 30. C. d. t.*

VII.

Hisc generalioribus de rubricæ significatione præmissis, ipsam aggredimur definitionem. Definimus itaque ^{Definit.} PRIVILEGIA MULIERUM (quatenus scil. privilegium accipitur pro ipso jure singulari, quo ipsis aliquid favorabile conceditur) quod SINT JURA QUÆDAM SINGULARIA, QUIBUS ALIQUID CONTRA LEGES GENERALES ET COMMUNES IN ILLARUM FAVOREM EX SINGULARI CAUSA CONCEDITUR; quatenus vero privilegium sumitur pro ipso beneficio, ipsaque prærogativa, eatenus describimus, QUOD SINT BENEFICIA MULIERIBUS EX JURE SINGULARI OB SPECIALEM RATIONEM COMPETENTIA. Et ita præcipue hic consideramus.

VIII.

Privilegia alias in genere considerata varie dividuntur, ^{Divis.} uti videre est apud Dn. Henr. Hahn. *in not. ad Wes. tit.*

B

de con-

de constit. P. P. p. 91. Reinold. Curicke de privileg. c. 3. per tot. Dn. Joh. Frider. Böckelmann. Exercit. Pandect. 3. tit. de const. pp. tb. 17. Et seq. add. Georg. Franzk. ad ff. d. t. n. 35. Et seqq. Hæc autem mulierum privilegia mihi omnia unius esse generis, eaque personalia videntur: siquidem personis, mulieribus scil. ipsisque immediate inhaerent, nec illas egrediuntur, aut ad heredes transmittuntur, sed cum ipsis extinguntur, uti inf. audiemus.

IX.

Caus. Effic. Antequam autem ad alia veniamus, causas prius examinabimus: dignitas enim effectus dependet ex dignitate causæ. Mart. Benekend. *ad l. 2. ff. d. R. J. pag. 8. n. 1.* Est autem Causa efficiens privilegiorum eadem quæ legum, nimir. voluntas. §. 6. *J. d. J. N. G. Et C. l. 1. §. fin. l. 3. ff. de constit. PP. vid. l. 1. ff. de censib. l. un. C. de his qui a princ. vac. acc.* Hodie privilegia concedere potest solus Imperator sine Statuum consensu, si scil. ista privilegia non respiciant ad jura Statibus communicata, alias enim ab iis confirmanda sunt. Dn. Bened. Carpov. *Tr. de L. Reg. cap. 13. sect. 8. n. 15.* Sicut autem Imperator in Imperia, ita Status in suis territorii concedere possunt privilegia: In illis enim eadem sublimitate gaudent, qua Imperator ipse in Imperio, *secund. vritiss. Dd. axioma. Mart. Mager. de Advoc. armat. c. 6. n. 28. Matth. Wesenb. conf. 27. v. 1. n. 28. Et conf. 148. n. 41. vol. 3. Andr. Gail. de P. P. lib. 1. c. 6. n. 10. Reinking. de R. S. Et E. lib. 1. cl. 5. c. 6. num. 1. Et seqq. Joh. Harppr. ad §. 10. J. de injur. n. 145. id ipsum etiam plurimorum Dd. autoritatibus comprobatur Ludolph. Schrader. de feud. 2. part. 9. princ. sect. 10. n. 36. Et p. 10. sect. 1. num. 33. add. Reinh. Bachov. ad Tr. vol. 1. disp. 3. tb. 6. lit. e. Joach. Wibel. d. Tract.*

Tract. c. 1. num. 4. & seqq. Magnif. Dn. D. Christ. Philip. Richter / in *Tr. de adverb. signif. adverb. 17. clementer. p. 86.* aliique plurimi ab his relati. vid. quoque Johan. Georg. Becht. *tr. de salu. conduct. tb. 161.* Dn. Ben. Carpzov. in *Pract. Crim. p. 3. quæst. 150. num. 18. & seqq.* Hinc vulgo dici consuevit: Ein ieder Fürst ist Kaiser in seinem Lande. Hanc tamen generalem Dd. assertionem non immerito certo modo restringunt Christ. Besold. *disp. pol. 9. de Stat. Reipubl. sub altern. class. 1. tb. 3. 6. & 7.* & Heinr. a Rosenthal / *de feud. cap. 5. concl. 13. n. 4. & seqq.* ubi vid. add. etiam Joh. Limnæus *de Jur. publ. c. 8. n. 9.* Reinking. *d. 1. n. 57. & seqq.*

X.

Causa efficiens igitur est voluntas Legislatoris, & quidem illius penes quem est τὸ νόμιον. Talis est in Statu Monarchico Princeps; in Aristocratico Optimates; in Democratico populus. Dn. Joh. Frid. Böckelmann. *Exerc. ad Pand. tb. 30. junct. disp. 4. tb. 19.* Nam & in libera Republ. populus sæpe quem a nexu legum eximebat. Exempla sunt in Q. Fabio Maximo. *Liv. lib. 10. c. 13.* C. Valerio Flacco, Flamine Diali. Idem *l. 15. c. ult.* Bernh. Sutholt. *dissert. 1. aphor. 82.* Nec LL. 12. Tabb. per verba illa: *privilegia ne irroganto;* omnia privilegia vetita erant, sed saltem illa, quæ singulas personas concernunt, non quæ certo generi personarum, veluti mulieribus, minoribus, militibus & similibus conceduntur. Jac. Cujac. *15. obf. 8.* & ex eo Dn. Georg. Frantzk. *ad ff. tit. de const. P. P. n. 36.* add. Rittershus. in *Tr. de LL. 12. tabb. class. 2. cap. 2.* Reinold. Curicke. *de privileg. c. 2. p. 176.* De jure autem Civ. horum mulierum privilegiorum in specie causa

Effie. est Imper. noster Justinianus, & hodie omnis, qui in suo territorio jus superioritatis, die Landsfürstliche Obrigkeit oder Oberbottmäßigkeit / habet.

XI.

Causa impulsiva.

Causa impulsiva in genere est æquitas: Mulierum enim genus imbecille est. *l. 2. §. 2. ff. ad SCt. Vellej. l. 23. pr. C. de Nupt. fragile. l. 20. C. de donat. ant. nupt. l. 1. §. 15. C. de Rei uxor. act. l. 3. in med. C. de Præscr. 30. vel 40. ann. l. 12. pr. C. qui pot. in pign. pr. F. quib. alien. lic. vel. non. infirmum. l. 9. ff. de Fur. & fact. ignor. l. 9. ff. de Curat. furios. l. 18. ff. de iur. fisc. l. 1. §. 10. in med. ff. ad SCt. Turpill. l. 1. C. qu. mul. off. tut. l. 5. C. ad L. Jul. Maj. & deceptionibus obnoxium, Nov. 61. c. 1. §. 2. Nov. 97. c. 3. ad fin.* In specie vero singularis favor erga mulieres. *Quis enim (inquit Imperat.) earum non misereatur propter obsequia, quæ maritis præstant, propter partus periculum & ipsam liberorum procreationem, in d. l. 12. §. 1. C. qui pot. in pign.* Et harum favorem in jure nostro magnum esse, facile exinde concludere licet, quia nonnulli propterea Justinianum Imp. nostrum, uxorium vocant, quorum ex numero etiam est Reinh. Bachov. *ad Tr. v. 1. d. 2. thes. 1. lit. c.* imo nonnulli eum sugillare, mirisque convitiis immeritum lancinare audent, quasi plus æquo uxorius fuerit, & superbæ uxoris, Theodora, arbitrio in quamcunque partem, maxime vero in immeritos fœminarum favores flecti potuerit, veluti Petr. Gregor. Tholof. *lib. 47. syntag. 11. num. 1. & 2.* & inhumanus imperatoris & Jctorum Censor, Laurentius Valla *6. eleg. 36.* ubi quoque Justin. nostrum quovis ἀναλφαιβήτω Imperitiorum fuisse calumniose statuit, utcunque eum sequatur Jctus alias acutiss. Anton. Faber. *8. Conject. 11.* Nam certe si

te si legere nequisset, nunquam asserere ausus fuisset, se Institutiones legisse & recognovisse, seque semper investigando & perscrutando ea, quæ a Triboniano & aliis viris prudentissimis componebantur, quicquid dubium & incertum erat, emendasse. §. 6. *proem. & const. Tanta. de confirm. digest. ad omn. pop. in fin. pr.* mendacio namque hoc impudentissimo famam suam omnibus prostituisset. Wilhelm. Ludvvel. *Exerc. 1. tb. 2. lit. c. Ungepaür. Ex. 1. q. 6.* Similiter falsum esse; quod ei vitio dat Zonaras *Annal. tom. 3.* quod scil. pecuniam temere profuderit, & per fas & nefas acquisiverit, per exaggerationem nempe annuorum tributorum; hoc inquam falsum esse, exinde colligere est, quia plurimis in locis in jure nostro compendia fisci præcidit, bona damnatorum heredibus relinquendo. *Nov. 134. c. ult. caducorum commoda Aërario adimendo, r. 1. C. de caduc. tollend.* imo ipse in *Nov. 28. c. 4. §. 2.* dicit, bonum Principem turpia lucra non admittere, vid. omnino Agapetus in *Sebada Regia*, cujus testimonium certe omnibus Justinianum calumniantibus altum imponit silentium: cum d. Agap. sit testis Imper. nostri coætaneus, & in conspectu totius orbis de ipso disseruerit, docente Christ. Besold. in *pracog. miscell. gener. ad tit. 1. 3. 4. 5. & 6. lib. 1. ff. tbes. 12.* add. Giphani. in *Comment. de Justiniano Imper.* Laudandus potius est Imperator, utpote qui per suam vigilantiam jus civile in novam pulchritudinem & moderatum pervenire compendium præbuit; imo tale opus curavit, quod nemo ante ipsum unquam speravit, neque humano ingenio possibile esse penitus existimavit. *Const. Tanta. in pr. de confirm. Dig. ad omnes pop.* Et exoptandum esset, ut resurgeret hodie Justinianus, qui certe absq;

te absque omni dubio nostrum Corpus Juris ob mutationem Status angustioribus terminis includeret, atque in pauciores libros conferret; quod sane studiosæ juventuti non modicam afferret utilitatem. Utut autem dicti & alii Dd. Justinianum uxorium appellitent, quod certo respectu admitti quidem potest, secundum dicta ipsius Bachov. *d. th. 1. lit. c. vers. mulierem nihil habere. vid. Nov. 8. c. 1. pr.* add. Magnif. Dn. D. Richter / *p. 1. dec. 1. n. 23.* certum tamen est, mulierum privilegia partim justissima ratione ab eo esse introducta, & partim summo jure confirmata. *arg. eorum qua in princ. huj. thes. dicta sunt, & qua inf. dicturi sumus.*

XII.

Subjecti.

Subjectum horum privilegiorum constituunt ipsæ mulieres. Et cum Judæi etiam Jure communi Romano urantur, juxtaque illud judicentur atque excipiant. *l. 8. C. de Juda. Joh. Petr. Surdus. de aliment. rit. 2. quæst. 15. n. 47. & seqq. Eberhard. Speckhan. cent. 2. class. 1. quæst. 16. n. 9. & q. 18. n. 31. D. Ben. Carpzov. in J. F. p. 3. c. 13. def. 36. n. 4. & p. 4. c. 32. d. 22. num. 4.* eosque als *Schirmsverwandte* sub nomine subditorum comprehendi in Camera conclusum esse, refert Christoph. Schvvanmann, *obs. Cam. 67. in fin.* add. Joach. Myns. *cent. 5. observ. 6. Wehner. in obs. verb. Judæi* & quæcunque privilegia civibus Imperii, ut civibus, concessa & attributa sunt, ea quoque Judæis indulta esse, censet Marc. Ant. Natta *conf. 620. num. 8. tom. 3.* & ex eo Dn. Nicol. Myler ab Ehrenbach, *de Jur. Aysl. cap. 10. th. 16.* add. Casp. Klock, *de Ærar. l. 2. c. 62. num. 56. & 61.* Idcirco nullus dubito, quin & illorum quoque mulieres seu Judææ his privilegiis fruantur: legum siquidem Romanarum participes redduntur non tantum in odiosis, sed

sed etiam in favorabilibus. *l. 7. §. d. l. 8. C. de Juda. & calia-
col. Marquard. de Sufanis. de Judæis & usur. p. 2. c. 1. num. 1.
& cap. 2. num. 1. cum seqq.* quod tamen intelligendum de
materia indifferenti, & Judæis pariter atque Christianis
applicabili, uti bene limitat Marq. de Sufan. *d. p. 2. c. 5. n. 1.
& seq.* quemque referendo sequitur Joach. Wibel. *de
contr. mul. c. 2. n. 38.* Hinc die Sabbathi ac aliis diebus, qui-
bus cultus sui referentiam servant, conveniri nequeunt,
nec illis ipsis diebus Christianos convenire possunt. *l. 13. C.
d. t. his enim diebus sine molestia esse debent, ne cultus
illorum inquinari videatur, dicit J. C. tus Modestus. in l. 15. §.
6. ff. de Excus. tut.* Neque ab hoc subjecto excludimus her-
maphroditos, in quibus sexus muliebris prævalet: ex quali-
tate enim sexus incælescentis diiudicandi sunt. *l. 10. ff. de
Stat. hom. l. 15. §. 1. ff. de testib.* Matth. Wesenb. *ad d. t. de
Stat. hom. n. 3.* Hier. Treutl. *select. disp. v. 1. disp. 2. t. b. 1.* Marr.
Benekend. *ad l. 2. ff. d. R. 7. pag. 152. & seq.* Hinc secun-
dum prævalentiam sexus etiam ad successionem feudi ad-
mitti debent. Georg. Obrecht. *de feud. lib. 2. c. 2. num. 72.*
Henr. a Rosenthal. *Synops. iur. feud. c. 1. concl. 15. num. 4. &
concl. 28. n. 15.* & quod hoc ipsum in praxi observetur, testa-
tur Dn. Ben. Carpzov. *J. C. lib. 2. tit. 1. def. 10.* ad matrimo-
nium quoque contrahendum, si in iis alterius sexus pars
gignenda proli sufficiat, admittuntur; imo etiam si in am-
biguo sit, adhibito tamen Medicorum consilio. vid. Henr.
Brouvver. *d. Jur. Connub. lib. 2. cap. 4. n. 2. & 3.*

XIII.

Comperunt mulieribus privilegia circa causas tam *Object.*
criminales quam civiles. Prius proponemus ea, quæ i-
psis jura favent in civilibus. Ne autem ratione Objecti

con-

confuso plane ordine incedamus, & quo minus fastidii hic alicui parere videar, ideo illud dispeſcam in quatuor *SS.* quorum in PRIMO proponam. 1. privileg. *SCt. Vellej. z. ætatis.* 3. bonorum dotalium & paraphernalium. 4. reſtitutionis in integrum. 5. de ignorantia juris. 6. privileg. ratione donationis erga liberos. In §. SECUNDO: 1. privileg. alimentorum, tam de iis non præſtandis, quam repetendis. 2. tutelæ liberorum. 3. Succeſſionis in bonis mariti in teſtato morientis. 4. Imperat. Constantini *in l. un. C. quand. Imper. int. pup. vel. vid. vel. al. miſ. perf.* 5. de non incarcerationo. 6. Honoris maritorum. 7. Imper. Juſtiniani *in Nov. 117. cap. 14.* In §. TERTIO: 1. privileg. in crimine læſæ Majeſtatis. 2. adulterii. 3. Furti. 4. de non torquendo. 5. de poenæ executione differenda. In §. QUARTO: 1. privileg. in cauſa ſtupri, tam ratione matrimonii contrahendi, quam ratione alimentationis. 2. in ſtupro violento. 3. denique in cauſa raptus.

§. I.
Privil.
SCti Vellej.

XIV.

Principem locum tribuimus beneficio *SCt. Vellejani*, quod eſt jus a Senatu conſtitutum, vel decretum patrum. *l. 13. & 19. C. ad SCt. Vellej.* quo mulieribus pro aliis intervenientibus auxilium præſtatur, ne inde efficaciter obligentur. *l. 1. l. 2. & tt. ff. & C. ad SCt. Vellej. l. 3. l. 48. ff. de fidejuſſ. & mand.* & hujus *SCti* ratio redditur expreſſa *in l. 2. §. 2. ff. & l. 22. C. ad SCt. Vellej.* ſcilicet, ut mulierum imbecillitati, levitati, conſiliique fragilitati ſuccurratur. Nonnulli quidem *ex l. 1. §. 1. & d. l. 2. §. 1. ibi: cum eas virilibus officiis fungi & c. obſtringi non ſit æquum ff. d. t.* hanc rationem aſſignant: quia intercedere eſt officium virile, omnium a. officiorum virilium mulieres ſunt incapaces. *l. 2. ff. d. R. 7.*

R. J. & argumentantur ita a genere ad speciem, veluti Martin. Benekendorff. *ad. d. l. 2. de R. J. sect. 2. m. s. p. 2. art. 1. n. 3. ibidem* Cagnol. *n. 6. Georg. Frantz. ad ff. b. r. de SCt. Vellej. n. 7.* Verum minus accurate. Nam intercessio proprie non est officium virile: cum & ante hoc SCtum eadem natura intercessionis fuerit, nec tamen tum mulieribus virilia officia permessa erant; & multis adhuc casibus mulieres pro viris utiliter intercedant, cum tamen virilia sive civilia officia ipsis plane sint adempta. Reinh. Bachov. *ad Treutl. v. 1. d. 25. t. b. 1. lit. c.* Dn. Bened. Carpozoy. *in Tr. de Jur. fæmin. singul. dec. 4. pos. 1. num. 4.* & si intercessio esset officium virile proprie ita dictum, non opus fuisset hoc SCto, quia jam tum aliud remedium ipsis concessum, & de officio virili cautum erat. Nec probatio hujus rationis fundatur *in d. l. 1. §. 1. & l. 2. §. 1. b. r.* in his enim legibus JCtus non argumentatur a genere ad speciem, sed a comparatis, docente Dn. Wolfgang. Adamo Gæuterbach/ Jcto & Antecessore Tubingensi celebratissimo, *in prælect. ad tit. ff. de SCt. Vellej. §. 1. n. 2.*

XV.

Datur hoc privileg. SCti Vellej. mulieribus, si pro aliis intercesserunt, ne ex suis intercessionibus damnum sentiant, & exinde pauperiores fiant. *l. 21. ff. b. r. de SCt. Vellej. l. 4. §. 1. ff. eod.* Intercedere autem dicuntur, si pro aliis quacunque ratione obligando se reas faciant. *l. 4. C. b. r.* & nihil. interest, sive veteres obligationes, quæ scil. in aliis sunt radicatæ, in se transtulerint; sive novas, quæ nempe in aliis nondum firmum fixere pedem, susceperint. *d. l. 4. l. 18. C. b. r.* Veteres in se transferunt vel participatide, quando scil. una cum reis principalibus

Quando
& cur
competat.

C

obstrin-

obstringuntur, ipsi quidem rei principaliter, mulieres vero accessorie: veluti si fidejubeant *l. 3. C. l. 2. §. 1. l. 25. §. 1. ff. b. t. aliiis credi mandent. l. 6. §. 7. ff. b. t. vid. l. 32. ff. mand. l. 19. C. de fideiuss. in jure respondeant l. 26. ff. b. t. aliena debita constituent. l. 1. §. 1. junct. l. 28. ff. de const. pecun. exception. vid. in l. 4. §. 1. b. t. alieno nomine compromittant. l. 32. §. 2. ff. de recept. arbitr. vel private, quando scilicet rei principales liberantur, & mulieres eorum personas repræsentant: veluti si novent & expromittant. l. 8. §. 8. ff. b. t. vel aliorum defensionem suscipiant. l. 2. §. ult. ff. b. t. junct. l. 2. C. de pact. Dn. Georg. Frantzk. d. l. num. 11. & seqq. Novas obligationes suscipiunt, si ab initio sese reas constituent; veluti si quis cum alio contracturus mulieris intuitu ipsius fidem recusaverit, & cum illa in utilitatem tamen illius tertii, contraxerit. l. 19. C. l. 8. §. 14. ff. b. t. vel si alio modo collusorie obligatio in mulieribus primordium capiat. vid. l. 12. l. 28. §. 1. ff. b. t. Dn. Wolffg. Adam Lauterbach. a. l. num. 8. add. Dn. Frantzk. d. l. n. 16. & seq. Novo tamen jure requiritur, ut intercesserint instrumento publice confecto, & a tribus testibus subsignato. l. 23. §. fin. C. b. t. si enim hoc non observato, intercesserint, pro nihilo habentur illarum intercessionem & ipso jure tura sunt. d. §. f. de quo §. vid. Dn. Frantzk. d. l. n. 34. & 35. Bachov. ad Tr. v. 1. d. 25. th. 2. lit. b. & quos referendo sequitur Dn. Lauterbach. d. l. n. 9.*

XVI.

Nihil autem interest, cujuscunque illa persona, pro qua intercedunt, sit conditionis. l. 1. ff. b. t. sive mas sit sive foemina arg. d. l. 1. §. 2. ff. b. t. junct. l. 105. pr. d. v. S. Magnif. Dn. Georg. Adam Struve, juris & antecessoribus

Sala-

Salana famigeratissimus. Exerc. 21. tb. 3. sive Pater sive filius. *l. 3. l. 8. C. l. 2. §. f. ff. h. t.* sive extraneus sive maritus *d. l. 2. §. f.* Et primo quidem interdictum erat, ne foemina pro viris tantum intercederent; Postea vero amplissimus ordo hoc interdictum generale fecit, & plenissima foeminis prospexit, ne pro ullo intercederent. *l. 1. pr. l. 2. pr. §. §. seqq. b. t.* Hodie autem Imperat. noster Justinianus, cum facilius vanis persuasionibus mulieres ab iis, quibus reverentiam & affectionem debent. *l. 14. §. 1. ff. fol. matr. l. 1. §. cum a. C. d. R. U. A.* seduci possint, quam ab aliis, ideo iterum constituit, ut quotiescunque mulier pro viro intercesserit, perinde habeatur, ac si plane nulla intercessio facta fuisset, adeoque ipso jure nulla sit. *Nov. 134. cap. 8. Auth. si qua mulier. C. b. t.* Ex quibus text. Ampliatur hoc privilegium *ratione mariti* (1.) quod mulierum intercessionis pro maritis pro nullis habeantur, etiam si post biennium & millies repetierint, (secus est in causa extranei *l. 23. b. t.*) Frider. Pruckmann. *ad l. 9. ff. de stat. hom. p. 2. art. art. 15. limit. §. n. 34.* Rauchbar. *p. 1. quest. 34. n. 11.* Rittershus. *ad Nov. p. 2. cap. 4. num. 15. §. seqq.* Matth. Berlich. *p. 2. concl. 19. num. 57.* Joach. Wibel. *d. Tr. cap. 5. n. 4.* Dn. D. Georg. Adam Struv. *d. Exerc. 21. tb. 10.* (2.) extenditur, etiam si mulieres sese obligatas pro maritis faciant in debitis publicis, id est, fiscalibus *per dd. text. express.* Rittershus. *d. l. n. 17.* Petr. Surd. *conf. 367. n. 6. lib. 3.* licet alias fisci in jure magnus favor sit. *vid. l. 28. l. 46. §. 3. ff. de Jur. fisc. l. 2. C. de privil. fisc.* Bald. *in l. 1. C. de hered. vel act. vend.* Fr. Lucan. *Tr. de Jur. fisc.* Dn. D. Struv. *Ex. 50. tb. 33. §. seqq.* Ampliat. (3.) etiam si mulieres in uno eodemque instrumento sese cum maritis principaliter obligaverint. *d. Nov. 134. c. 8.*

Origo hujus
jus SCri
Vellej.

Ampliat
tur ratio
ne mariti.

1.

2.

3.

- § d. autb. si qua mul.* Mart. Benekend. *d. sect. 2. m. 5. p. 2.*
art. 1. num. 53. p. (mibi) 305. Dn. Ben. Carpzov. *2. Resp. 57.*
 Andr. Gail. *2. obs. 89.* Molin. *de contract. usur. quæst. 35.*
num. 288. Ant. Faber. *lib. 4. tit. 21. def. 20. add. Dn. D. Struv.*
Ex. 21. t. bes. 11. quamvis alias præsumtio sit, quod, si plures pecuniam acceperint, proque illa sese obligaverint, singuli eorum ratam suam acceperint, & in suam utilitatem verterint, uti de hoc nostro casu sentit Fabian. de Monte *de empr. vend. q. 38. q. 3. pr.* hæc tamen præsumptio hic locum invenire nequit: nam recte monet Mart. Benekend. *d. num. 53.* hanc præsumptionem veram esse in personis, in quibus non præsumitur, quod altera in gratiam alterius potius, quam sui ipsius id faciat: hoc liquidem in casu pecuniam totam ad maritum, tanquam potentiolem & cui mulier non facile contradicere audeat. Georg. Frantzk. *ad ff. tit. de contr. empr. num. 167.* pervenisse, recte præsumitur. Jac. Menoch. *lib. 3. præsumt. 22. num. 2.* add: post prælaud. Dd. Wibel. *de contr. mul. d. l. num. 43. § seqq.* Dn. Lauterbach. *d. l. num. 7.* vid quoque VVesemb. *ad ff. tit. de fund. tot. num. 7.* Anton. Hering. *c. 7. n. 402.* Imo (4.) extenditur hoc privil. etiamsi expresse cum maritis in instrumentis, *extrajudicialiter scil.* confessæ fuerint, pecuniam in utilitatem ipsarum versam esse, *per d. autb.* Conf. *ibid.* Magnif. Dn. D. Richter. *num. 19.* Dn. Henr. Hahn. *ad Wesemb. tit. ad Sc. Vellej. n. 9.* quamvis alias illarum confessiones ipsis præjudicent. *l. 23. C. ad Sc. Vellej.* Ampl. (5.) etiamsi dispositioni Justinianæ *in d. autb. § Nov.* renunciaverint. Interpp. *ad d. autb.* Hondeda. *conf. 45. num. 18.* Matth. Berlich. *d. concl. 19. num. 61.* Rauchbar. *p. 1. q. 34. m. 72.* Ampl. (6.) etiamsi juramento intercessionis pro maritis

tis

tis confirmaverint. Rittershuf. *d. c. 4. num. 20.* Menoch. *d. presumpt. 22. n. 8.* Hondedæ. *d. conf. 45. num. 31.* procedit autem hæc ampliatio de Jure Civili. *arg. l. 5. C. d. leg. l. 112. §. ult. ff. de leg. 1.* vid. Benekendorff. *d. l. n. 39.* secus secundum principia Juris Canonici. *c. ex rescripto. 9. Et cum contingat. 28. x. de jurejur. c. quamvis. 2. de pact. in 6.* Berlich. *d. concl. 19. num. 63.* Dn. D. Struv. *d. th. 11.* Wibel. *d. l. n. 46.* (7.) Denique tutæ sunt mulieres, etiamsi pro fratre saltem, vel patre, vel etiam filio mariti intercesserint. Bald. *in d. autb. si qua mul. ibique* Salicet. Benekend. *d. l. pag. 311.* Berlich. *d. concl. 19. num. 67.* ubi *n. 69.* Et seqq. adhuc alias addit ampliationes.

XVII.

Prolatis hactenus ampliacionibus de intercessionibus mulierum pro maritis subjungemus limitationes. Limitatur autem (L.) Si pecunia, pro qua mulieres sese cum maritis reas fecerunt, in illarum utilitatem versa sit. *d. Nov. 123. c. 8. Et exinde desumpta autb. si qua mulier. C. ad Sct. Vellej.* Berlich. *d. concl. 19. n. 72.* Joach. Wibel. *d. c. 5. n. 162. p. 313.* vid. Magnif. Dn. D. Richter / *in expos. Auth. ad d. autb. si qua mul.* Magnif. Dn. D. Strube / *Ex. 21. th. 11. Et seqq.* Hinc facile concludere licet, quid obtineat, si mulieres & mariti ex consuetudine aut ex pacto communia bona habeant, tum enim firmiter mulieres obligantur, de qua communione vid. elegant. Dn. Martin. Kiefer. *in disp. inaug. sub præsid. Dn. D. Lauterbach / de societate bonorum conjugal. Inbingæ habitæ,* & Joach. Wibel. *d. c. 5. n. 110. Et seqq.* hoc enim in casu pecuniam in utriusque utilitatem esse versam, mulieresque in rem propriam fidejussisse censentur. Jac. Menoch. *d. pres. 22. num. 11.* Gail. 2. *obf.*

90. num. 5. ubi ita in Germania fervari dicit Gothofr. *add. auth. lit. b.* Dn. Caspar Manzius *de fidejussor. c. 3. num. 39. & seq. (2.)* Si mariti uxoribus intercedentibus caveant de indemnitate, ita, ut damnum sentire non possint. Salicet. Balth. *in d. auth. n. 5. vers. quæro. arg. l. 2. §. 1. & seqq. l. 4. §. 1. l. 21. pr. b. t. (3)* Limit. si uxores pro maritis solverint. *l. 1. l. 4. l. 9. C. b. t.* Andr. Gail. *2. obs. 90. num. 7.* *add.* Dn. Frantzk. *ad ff. b. t. num. 18. & seqq.* aliud enim est solvere, aliud se pro aliis obligare. *vid. §. 1. 7. quib. mod. toll. obl. & pr. 7. de fidejuss.* (4) quando uxores se obligant principaliter, mariti vero fidejubeant pro illis; veluti si mutuam pecuniam sub fidejussoribus maritis accipiant. *l. 28. ff. b. t.* quod tamen procedit tantum, si non fraude & collusione maritorum hoc fecerint. Ant. Hering. *d. c. 7. n. 430. (5.)* Limit. quando pro marito incarcerando, vel captivo liberando intercedunt. *vid. Joh. Petr. Surd. conf. 367. num. 10. 14. & 17.* redemptio enim captivorum inter pias causas rerum omnium favorabilissimas reputatur. *l. 36. pr. ibi: piissimam administrationem. C. d. donat.* *vid.* Andr. Tiraquell. *de Leg. Connub. gloss. 8. q. 35. n. 282. & seqq.* Matth. Berlich. *d. conct. 19. n. 84.* plures limitationes *vid.* apud Magnif. Dn. D. Richter / *add. auth. num. 20. & seqq.* Andr. Gail. *d. observ. 90.* Conf. etiam Mart. Benekend. *d. l. n. 76. & seqq.* & de Foro Saxon. Dn. Bened. Carpozov. *de Jur. fæm. singul. decad. 14. per tot.*

XVIII.

*Amplia-
tur ratio-
ne extra-
nei. l.*

Ampliatum hoc privileg. ex Sct. Vellej. concessum *ratione extranei* (1) etiam si mulieres non ipsæ, sed per aliam personam, sciente tamen creditore, intercedant. *l. fin. §. pen. ff. b. t.* quod enim quis per alium facit, id ipse fecisse

esse putatur, *per vulg. l. 5. §. 6. ff. de admin. tut. l. 1. §. 12. ff. de vi & vi arm. l. 152. §. 1. de R. J. & alibi pass.* (2) etiamli
 animo intercedendi interrogata per errorem falsum re-
 sponderint. *l. 23. §. 26. ff. b. t.* (3) etiam si generaliter re-
 nunciaverint omnibus privilegiis, omnique legum benefi-
 cio, allen und ieden weiblichen oder fräulichen Gerech-
 tigkeiten. Andr. Gail. *d. obs. 77. n. 8.* Matth. Berlich. *d. concl. 19. num. 35.* quia consensus mulierum de esse præsumitur:
 cum sua jura & beneficia ignorare censeantur. Ant. Hering
de fideiuss. d. c. 7. n. 463. generalis autem renunciatio non
 trahitur ad ea, de quibus præsumptio est, quod renun-
 cians ignoret. Gloss. *in l. tres fratres 35. ff. de pact.* aut de
 quibus non cogitavit. Benekendorff. *d. membr. 5. part. 2. num. 133.* & apponuntur ejusmodi clausula renunciationis
 generalis magis ex consuetudine Notariorum, quam pe-
 ritia & speciali certioratione de beneficiis ipsis renuncian-
 tibus competentibus. Gail. *d. l. n. 6* vid. tamen Benekend.
d. l. ubi n. 136. 139. & 140. docet, sub renunciatione generali
 in einem gemeinen Verzug/etiam hujus SCri Vellej pri-
 vilegium contineri tribus in casibus: 1. si mulier tutrix om-
 nibus beneficiis sibi competentibus renunciaret. 2. quan-
 do præcedit enumeratio aliquorum beneficiorum quæ ex
 singulari favore vel commiseratione concessa sunt, & sub-
 jungitur postea clausula vel renunciatio generalis. 3. quan-
 do generalis beneficiorum renunciatio est jurata, *ubi ta-
 men iterum vid. num. 145.* (4) ampl. etiam si pro patre vel
 pro liberis intercesserint. *l. sicum 3. l. si paternam. 8. C. b. t.*
 (5) licet pater filiam, maritus uxori, vel tutor pupillæ
 consenserit, quia horum consensus defectum vel imbecil-
 litatem sexus non implet. Valens. Franc. *de fideiuss. cap. 2. n. 150.*

- n. 150. post Frid. Pruckmann. *ad l. 9. ff. de stat. hom. p. 2. art. 15. ampl. 2. n. 3.* Casp. Manzius. *d. c. 3. n. 7.* (6.) Licet ipsis indemnitas promissa fuerit. Bald. & Salic. *in l. 1. C. ad Sct. Vellet.* secus tamen est, si ipsis de indemnitate cautum sit, *uti supr. ib. 17. dist.* satis enim alias adhuc vexari possunt, antequam ipsis ex pacto satisfiat. vid. Benekendorff. *d. l. n. 171. & seq. (7.)* denique ampliat. ut in foro quoque conscientia tutæ sint, si hoc beneficio utantur: quia leges prohibitoria publica autoritate ob justam rationem factæ etiam in conscientia servandæ sunt. Manzius *d. c. 3. n. 3.* vid. Ludov. Molina. *de J. & J. vol. 2. n. 1. disp. 540. n. 2. & seqq.* Anton. Hering. *d. c. 7. n. 526. & seqq.* Benekend. *d. l. n. 106.* Joh. Harpprecht. *ad pr. J. de fidejuss. n. 42.* Franc. *d. c. 2. n. 155.* de hujus rationis ratione conf. Joach. Wibel. *sep. laud. Tract. cap. 1. n. 17. pag. 10.* Plurimas adhuc alias ampliaciones uide sis apud Benekend. *d. l. a n. 127. usque ad n. 343.* Casp. Manz. *d. c. 3.* quarum tamen quædam minus concinna, quasdam vero in præced. & consequ. proposuimus.

XIX.

Limita-
tio. 1.

Fallit tamen prædictum privilegium (1) ob mulierum dolum & calliditatem: infirmitas enim mulierum, non calliditas auxilium demit, inquit Jctus Ulp. *in l. 2. §. 3. ff. b. t. & Paulus in l. 30. eod.* actionem enim, quæ propter dolum mulieris competit, amplissimus ordo non excludit. *vid. l. 4. l. 6. & seq. l. 11. & 12. ff. l. t. l. 5. l. 18. C. h. t. add. Frider. Pruckman. ad l. 9. de stat. hom. d. art. 15. n. 8. & seqq.* Anton. Hering. *d. c. 7. n. 423.* Dn. Casp. Manz. *de patrocini. debit. dec. 1. q. 3. n. 16. & de fidejuss. c. 3. n. 16.* Joach. Wibel. *cap. 4. n. 114. p. 239.* Georg. Frantzk. *ad ff. b. t. n. 23. & seqq.* Dn. Wolffg. Adam. *Laufferbach. in d. præced. ad b. t. si. 2. num.*

n. 6. & ne quod ipsis præsidio est, aliis damno cedat, vel ne quod infirmitatis debeat esse adminiculum, fiat mantellum iniquitatis, dicente Dn. Carpzov. *de Jur. fam. sing. dec. 4. pos. 1. num. 10.* (2.) Fallit ob acceptum pretium: si scil. ex instrumento, vel alias sufficienter probari potest, mulieres pro intercessione pretium aliquod accepisse. *l. 23. C. b. t.* vid. omnino Ant. Hering *d. c. 7. num. 433.* Joh. Zanger. *de Except. p. 3. cap. 9. n. 44.* acceptatio enim pecuniæ jus alioquin competiturum tollit, uti ex VVesenb. *ad ff. tit. 16. a par. quis man.* docet Manz. *d. c. 3. num. 18.* quantum autem pretium illud esse debeat, non immerito Dd. cum nihil de eo diserte inveniatur dispositum, Judicis arbitrio relinquunt. vid. Jac. Menoch. *de arbit. Jud. quæst. cas. 234.* quem sequitur Frid. Pruckman. *de art. 15. num. 32. & seq.* Ant. Hering. *d. l. n. 435.* Georg. Frantzk. *d. l. num. 24.* Dn. Lauterbach. *d. l.* ubi insimul Judicem admonent, ut semper æqui bonique normam ante oculos habeat, priusquam pœnam infligat, ne mulieres, unius vel alterius auri acceptatione hoc SCro defraudentur. add. Reinh. Bachov. *ad Tr. v. 1. disp. 25. tb. 4. lit. a in fin.* (3.) amittunt hoc privileg. mulieres perfectæ ætatis, id est, majores 25. annis *arg. l. 8. ff. de legit. tut. l. 32. ff. de minor.* si post biennium secundo intercedant, pro extraneo scil. (secus si pro marito, *uti sup. tb. 16. dix.*) *l. 22. C. b. t.* ex hujusmodi enim temporis prolixitate, cum intra hoc biennale tempus sæpius cogitare & evitare intercessionem possint, eas non pro aliena obligatione sese illigare, sed pro sua propria causa aliquod agere præsumuntur. *d. l. 22.* Casp. Manz. *d. c. 3. num. 17.* & hæc est præsumtio Juris & de jure, docente Menoch. *de presump. lib. 3. pres. 21. n. 2.* Valent. Franc. *& fidejuss. d. c. 2. num. 209.*

D

Hering.

- Hering. *d. c. 7. n. 448. & seq.* Benekendorff. *d. m. s. p. 2. art. 1. n. 239.* repetita autem hæc intercessio non retrahitur ad primam, sed vires demum capita die iteratæ intercessio-
 nis. Salicet. *in d. l. 22. Franc. d. c. 2. n. 211.* Benekendorff.
 4. *d. l. num. 294.* Matth. Berlich. *d. conclus. 19. num. 8.* (4.) Li-
 mit. Dd. si mulieres veteribus debitoribus, pro quibus an-
 tea expromiserunt, successerunt, *per l. 8. §. 13 ff. b. t. Frid.*
Pruckmann. d. art. 15. n. 35. & 36. vid. Ant. Hering. *d. l. n.*
443. & seqq. quamvis Bachov. existimet hunc casum non
 recte excipi: cum *in d. l. 8. §. fin.* non de muliere fideju-
 bente, sed expromittente agatur. *ad Tr. v. 1. d. 25. tb. 4.*
 5. *lit. D. (5.)* Limit. si mulieribus intercedentibus per pecu-
 niæ traditionem de indemnitate prospectum sit. Bald. &
 salic. *in l. 1. C. b. t.* Pruckmann. *d. l. n. 27. arg. l. 1. §. 1. l. 21.*
 6. *ff. b. t.* vid. Hering. *d. l. n. 440. & 2. seqq.* (6.) Si mulieres
 pro aliis quidem intercedant, sed in effectu in utilitatem
 propriam. *vid. l. 3. l. 16. pr. l. 17. §. 2. l. 21. l. 24. l. 25. §. 1. l. 27.*
§. fin. ff. l. 2. C. b. t. l. 8. §. ff. qui jatisd. cog. Dn. D. Stru-
ve/d. Ex. 21. tb. 9. Dn. Henr. Hahn. *ad Wesenb. b. t. num. 6.*
 Hinc recte inferitur, si adolescens inops quidam cum puel-
 la quadam viripotente, cui est rerum atque opum suffici-
 entia, sub hac conditione si pro me jam fidejusseris,
 ducam te in uxorem; sponfalia contrahat, quod talis pu-
 ella ex hac intercessione obligetur, nec hoc privilegio uti
 possit: revera enim suum negotium gerit. *l. 13. ff. b. t.* vid.
 7. omnino Ant. Hering. *num. 461. d. c. 7.* (7.) Fallit, si mulie-
 res huic beneficio, etiam extra judicialiter & non jurato
 renunciaverint. *Auth. matri & avie. C. quand. mul. off. tut.*
Nov. 118. c. 5. l. ult. s. pen. ff. b. t. ibique Gothofr. lit. a. vid.
l. pen. C. de pact. & Dd. ad l. 91. ff. de minor. l. 51. C. de Episc.
& Cler.

Et Cler. l. 21. C. ad Sc. Vell. modo perspicue & indubitan-
 ter de eo certiorata sint, quale nimirum illud sit, & qua
 prerogativa suffultum: praesumitur enim foeminas jura
 sua ignorare. l. 25. ff. de probat. vid. infr. tb. 44. Joach. Wi-
 bel. d. c. 5. n. 80. & post cautionem censentur non ex qua-
 dam imbecillitate, sed potius ex deliberata mente suo ju-
 ri renunciassse. vid. Menoch. lib. 3. praesumpt. 82. num. 7.
 Pruckmann. d. art. 15. n. 12. Gail. 2. obs. 77. n. 1. Et seq. Anton.
 Perez. in C. b. t. n. 21. Wibel. d. c. 5. n. 76. Benekend. d. m. 5.
 part. 2. art. 1. num. 204. Et seqq. Anton. Hering. d. c. 7. n. 470.
 Hier. Treutl. in select. disp. v. 1. d. 25. tb. 4. lit. f. Willh. Lud-
 vvel. Ex. 12. tb. 6. lit. b. Dn. Hahn. in not. ad Wes. b. t. n. 9.
 Georg. Frantzk. ad ff. eod. num. 29. Magnif. Dn. D. Richter/
 in Expos. Auth. ad autb. si qua mulier. num. 23. Dn. Bened.
 Carpov. de Jur. foem. dec. 4. pos. 1. Et 2. Caspar. Manz. d.
 c. 3. n. 57. Magnif. Dn. D. Strube | Ex. 21. tb. 10. Dn. Wolffg.
 Adam Lauterbach | in d. praesect. ad d. t. §. 2. num. 6. aliique
 plurimi ab his relati, ubi plura de hac renunciacione vi-
 dere licet. De certioracione autem quomodo & a quo fie-
 ri, & facta probari debeat, elegant. differunt Ant. Hering.
 sep. land. Tr. de fidejuss. cap. 7. n. 474. Et seqq. Andr. Gail.
 d. obs. 77. Matth. Berlich. d. concl. 19. num. 47. Et seqq. Mart.
 Benekend. d. l. n. 207. Et mult. seqq. (8.) Cessat, si mulie-
 res intercessionem juramento confirmaverint, licet speci-
 aliter de eo non fuerint certiorata. vid. omnino Gail. d.
 obs. 77. num. 10. Benekend. d. l. n. 248. Et seqq. Ant. Hering.
 d. c. 7. n. 507. Et seqq. Dn. Lauterbach | d. l. arg. l. 1. Et autb.
 seq. C. si advers. vendit. juramentum enim loco certiora-
 tionis est, & majori deliberacione quis ad jurandum, quam
 ad renunciandum pervenisse censetur. Hering. d. l. Manz.

- d. l. n. 58.* & juramentum facit, ut jurans ad minimum in genere de omni juris & legum beneficio cogitaverit, & deliberato renunciaverit *cap. ex rescripto 9. x. de jurejur.* Mart. Benekend. *d. l. n. 252.* quod tamen nonnulli Dd. limitant, nisi mulieres sese enormiter lasas, & in totum, non pro dimidia parte, indotatas reddi, probare possint. *vid. omnino* Gail. ubi hanc sententiam bis communem dicit, *d. obs. 77* quem sequitur Benekend. *d. l. num. 249.* quæ tamen limitatio displicet Boërio *decis. 23. num. 9.* Matth. de Afflict. *decis. 311. n. 4* aliisque, quos refert Hering *d. c. 5. n. 516.* add. Dan. Moller. *ad Const. Elect. August. 16. p. 2.* ubi hanc limitationem in foro Saxon. non observari testatur, cui tandem etiam ob firmas rationes ad stipulatur Hering *d. l. vid. de hac except.* etiam Reinh. Bachov. *ad. Tr. d. disp. 25. tb. 5. lit. c.* Fallit (9) Si mulieres intercessionibus juramento confirmaverint. *arg. d. c. 9. x. de jurejur. junct. c. 28. eod.* Georg. Frantzk. *ad ff. b. t. n. 27. § seq.* Dn Struv. *d. tb. 10.* an vero mulieres jurato intercessionibus ac renunciationibus suas confirmaverint, si dixerint: *An Ehes statt und beyhm Wort der ewigen Wahrheit; It. bey Fürstlichen / Gräfflichen oder Adelsichen Ehren / Treuen und Glauben /* eleganter tractat. D. Ben Carpz. *J. F. p. 2. cap. 16. def. 5. § 6.* add. Dn. Frantzk. *ad tit. ff. de jurejur. a. num. 13. usq. ad n. 30.* Dn D. Struve / *Ex. 17. tb. 11. § seqq.* Joach. VVibel. *de contr. mul. cap. 5. num. 143. § seqq. p. 300.* (10.) Limitat, si mulieres 25. annis majores pro qualibet alia muliere dotem pollicitæ sint, vel sponsoverint. *l. fin. C. b. t.* ex favore enim dotis tanquam piæ causæ hoc privilegium removeretur. *12. d. l. f. C. b. t. vid. Anton. Hering. d. c. 7. num. 453.* nam dos in se pietatem habet. *l. 23.*

l. 23. §. 2. *ibi*: relinquitur pietatis causa. ff. de condic. indeb.
 & cum pia causa in jure æquiparatur. 2. feud. 9. §. 1. (11.)
 Cessat, si se obnoxias pro certa quantitate fecerint ob ma-
 numissionem servi l. pen. C. b. t. ubi Imper. Just. ait: *Satis*
enim acerbum est, & pietatis ratione contrarium, domi-
num servi, qui credidit mulieri &c. & libertatem servo im-
ponere, & famulum suum perdere, & ea minime accipere,
quibus fretus ad ejusmodi venit liberalitatem. Frid. Pruck-
 mann. d. art. num. 31. (12.) Tacet hoc SCtum, si mulieres
 apud minorem pro alio non existente solvendo interces-
 serint. l. 12. ff. de minor. tunc enim privilegium ætatis po-
 tentius est Vellejano. d. l. 12. vid. l. 32. ff. b. t. Magnif. Dn.
 D. Christoph. Philip. Richter / p. 2. dec. 76. num. 95. Fallit et-
 iam (13.) si creditore ignorante intercesserint, puta, si e-
 mant, conducant, mutuum accipiant creditore ignoran-
 te aliis esse tradituras: alioquin enim (*inquit Paulus*) ne-
 mo cum fœminis contrahet, quia ignorari potest, quid
 sint acturæ, in l. 11. ff. b. t. vid. l. 4. l. 19. §. 5. l. 27. ff. l. 10. pr.
 C. cod. Wesenb. ad. ff. b. t. n. 6. si vero creditorum ignoran-
 tia sit vincibilis, puta si cum mulieribus non ab initio con-
 trahant, sed alienam obligationem in eas transferant, dif-
 ficulter ipsis succurritur: quia tunc non possunt non scire
 eas intercessisse; creditores itaque hoc in casu oportet
 esse curiosiores. l. 17. §. 1. ff. b. t. Reinhard. Bachov. ad
 Tr. d. disp. 25. th. 5. lit. d. & e. (14.) Deficit, si mulieres æta-
 te majores pro aliis, sive extraneis sive maritis, solverint.
 l. 1. l. 4. l. 9. C. b. t. l. 8. §. 5. ff. cod. aut aliis donent. l. 4. §. 1.
 ff. b. t. ubi JCTus rationem subjungit, quia facilius mulier
 se obligat, quam alicui donat. Nam natura avaræ sunt
 mulieres. l. 16. in fin. C. de don. ant. nupt. Hinc si aliquid

donant, contra naturam lexus facere dicuntur. *l. 33. §. 1. ff. de donat. int. vir. & ux. & vice miraculi est. Gloss. in l. 34. ff. de N. G. add. Georg. Frantzk. ad ff. h. t. n. 18. & seqq. Dn. D. Strube / Ex. 25. tb. 9. Dn. Lauterbach / d. §. 1. n. 10. Ad-
 15. dunt denique (15.) limitationem in mulieribus Illustribus, quæ ipsa territorii præsent, & regalia vel Jurisdictionalia ponunt. Conan. *Commentar. Jur. Civ. lib. 1. cap. 16. col. 2. Brandmüller in manu duct. ad Jus Canon. & Cin. p. 594. vid. omnino Ant. Hering. sæpe citato c. 7. num. 517. & seqq. Dn. Johan. Otto Tabor. ad C. 7. A. tit. de Scto Vellej. n. 22. Dn. Bened. Carpzov. de Jur. fœm. dec. 5. pos. 1. & 4. Joach. Wi-
 21. bel, de contr. mul. cap. 4. n. 9. & seq. pag. 202.**

XX.

Effectus
 hujus pri-
 vil. ex Scto
 Vellej.

Ratione extranei principalis vis atque effectus hu-
 jus privilegii, quod mulieribus ex Scto Vellej. competit,
 consistit in eo, ne mulieres ob suas intercessionem efficaci-
 ter obligentur. Hinc si revera de illarum intercessione
 constat, eo nomine nulla contra eas actio in personam pe-
 titiove in rem conceditur. *l. 2. §. 1. ff. h. t. arg. l. 9. ff. de ju-
 rejur.* Si vero dubitatur, competit illis exceptio hujus
 Scti Vellej. Dn. Georg. Frantzk. *ad ff. h. t. num. 31. l. 6. l. 23.
 ff. h. t. l. 8. l. 18. C. eod. Dn. Lauterbach / d. l. n. 13. quam
 opponere possunt etiam post sententiam. l. n. ff. ad Scto Ma-
 ced. vid. Pruckmann. d. art. 15. ampl. 6. num. 7. Coler. de
 process. execut. c. 1. num. 136. & seq.* Si vero ex suis inter-
 cessionibus contra Sctum factis aliquid errore juris vel fa-
 cti solverint, datur illis (1.) conditio indebiti. *l. 40. ff. de
 condit. indeb. l. 24. §. 2. l. 31. ff. h. t. Ben. Carpzov. J. F. p. 2.
 c. 15. def. 7. num. 16. exceptione enim perpetua tuta sunt. d. l.
 40. l. 26. §. 3. d. t. Casp. Manz. de fideiuss. c. 3. n. 10. & quam-
 vis*

Datur
 mulieri-
 us 1.
 conditio
 indeb.

vis alias regulariter id, quod respectu nudi juris naturalis est debitum, respectu vero juris civilis indebitum, solummodo repeteri nequeat. *d. l. 26. §. 12. vid. elegant. Dn. D. Struve / Ex. 18. v. 34.* fallit tamen in naturaliter quidem debitis, civiliter vero indebitis, si jus civile naturalem obligationem simpliciter reprobaverit, uti in nostro casu *d. l. 40. & d. l. 26. §. 3. l. 16. §. 1. ff. b. t. Bachov. ad Tr. v. 1. d. 22. th. 4. lit. a. ad fin.* vid. omnino Georg. Frantzk. *ad ff. tit. de condict. indeb. n. 43.* Magnif. Dn. D. Struve / *d. l. th. 35. & seq. Dn. Lauterbach / in praelect. ad d. t. §. 1. n. 8. & quamvis etiam regulariter ignorantia Juris conditionem indebiti denegat. l. 6. l. 7. C. de condict. ind. l. 9. C. ad L. falsid. l. 10. C. de jur. & fact. ign. Zoel. in Comment. ff. b. t. n. 1. f. Dn. Struve / *d. Ex. 18. th. 40. Bened. Carpzov. J. F. p. 2. c. 28. def. 20. Dn. Johan. Strauch / ad 50. decis. Just. Ex. 6. c. 1. n. 27. & seqq. Henr. Bocer. class. 2. diff. 8. th. 18. lit. b. fallit tamen & hoc in mulieribus. l. 9. C. b. t. junct. l. 9. ff. de jur. & fact. ign. Cluden. Tr. de cond. indeb. c. 1. n. 56. Georg. Frantzk. d. l. n. 35. Dn. Struve / d. l. Lauterbach / d. l. n. 9. Joach. Wibel. c. 3. §. 5. n. 55. p. 92. (2.) Vi hujus privilegii datur ipsis rei vindicatio l. 39. §. 1. ff. de rei vend. si scil. pignora ex suis intercessionibus dederint. l. 32. §. 1. ff. l. 7. C. b. t. vid. Val. Franc. de fidejuss. c. 2. Anton. Hering. d. cap. 7. corrumpit enim principali, quod hic est mulieris intercessio, corrumpit quoque accessorium, veluti pignus (accessorium enim imitatur naturam sui principalis, per reg. vulg. pignus autem contractus accessorium esse, nullus dubito. Schwarzenthal / de pignor. c. 1. n. 2. add. Wibel. d. tit. c. 5. n. 18. n. 277. vid. omn. Benekend. d. tr. ad l. 2. de R. J. p. 349.) Nihil autem interest, si ipse creditor adhuc pignus possideat,**

21

Rei Vn
dicat.

3. *Repl. ca.* deat, sive jam distraxit. *d. l. 39. §. 1. de R. V. d. l. 32. §. 2. (3.)*
vio. Datur illis replicatio, ut in casu *l. 17. §. 1. l. fin. §. 2. ff. b. t.*
 Anton. Hering. *d. c. 7. n. 393.*

XXI.

Privileg.
atatis.

Hactenus de privilegio intercessionis. Paucis etiam proponemus privilegia, quæ mulieribus competunt propter nuptias, quorum PRIMUM locum obtinet privilegium ætatis. Definit autem Jus nostrum civile pubertatem in mulieribus anno 12. in maribus vero 14. *l. 3. C. quand. tut. vel Cur. eff. des. pr. f. quib. mod. tut. fin.* plenam pubertatem in mulieribus anno 14 in masculis demum 18. *l. 40. §. 1. ff. de adopt. l. 1. §. 3. ff. de postul. l. 14. §. 1. de aliment. leg. l. 57. de rejud.* plenam ætatem in illis anno 18. in masculis vero 20. *l. 1. pr. §. 1. C. qui ven. etat. Nov. Leon. 28.* Cur a. foeminae biennio citius puberes pronuncientur, anxie Dd. inquirunt, uti videre est apud Tiraq. *de leg. Connub. num. 38.* Joh. Harpprecht. *ad pr. f. de Nupt. Matth. Stephan. disp. ad Inst. lib. 1. tb. 66.* Bodin. *4. de Republ. c. 2.* Hillig. *13. cap. 19. b.* nobis placet ratio Christoph. Befoldi, *dicentis*, id ex eo pervenisse, quod Legislatores putaverint ad complexum maritalem majus requiri robur in mare, quam in foemina illamque magis lassari & citius foemina satiari, citiusque immodico Veneris usu in morbos incidere, *in dissert. jurid. polit. de subjeet. tb. 39. §. seq. §. in discurs. de Nupt. c. 8. n. 4. p. 37.* Foeminae enim in concubitu prædicamentum passionis, mares vero actionis subeunt, docende Arist. *lib. 5. de animal.* Mich. Scot. *lib. de secret. nat. cap. 1. §. seq.* Levin. Lemn. *de occult. nat. mirac.* add. Jacob. Cujac. *ad tit. C. ad L. Jul. de adult. §. in Nov. 22. p. 160.* Arn. Vinn. *ad pr. f. quib.*

J. quib. mod. tut. fin. n. 3. Georg. Rolliag. *in cert. masc. foem. acciei vir. c. 7.* Quamvis alium terminum non tamen unum eundemque posuerint Philosophi Quorum Princeps definit in masculis annum 16. in foeminis vero 18. *lib. 7. polit. 16.* Plato in masculis 30. in foeminis 20. *lib. 5. de Republ.* Hesiodus etiam in masculis annum 30. in foeminis vero 15. vid. Henn. Arnifæ. *Tr. matrim. c. 2. sect. 3.* At jus Canon. quoque nullum certum praefixit terminum, sed potius ex potentia procreandi hanc rem aestimat. *c. puberes 3. c. de illis 9. de de spons. impub.*

XXII.

Ex hoc ætatis privilegio possunt (1) mulieres citius masculis contrahere matrimonium. *pr. J. de Nupt. l. 4. ff. eod. l. 10. ff. de cond. & dem. l. 3. C. quand. tut. vel cur. eff. dif. l. pen. ff. quand. dies leg. per ante dict. ration. non tamen jubet aut præcipit Imperator noster, sed permittit saltem, et post completum duodecimum annum matrimonium inire possint.* Nam quamvis hæc Imper. definitio & Medicorum ac Physicorum autoritate fulciatur, uti dicit Arnold. Vinn. *ad pr. J. de Nupt. num. 2.* non tamen contemnenda est prædictorum Philosophorum doctrina cum ex illo demum tempore accipiant vires justas atque validas. *Sit ergo doctrina Philosophorum nupturientibus instar consilii, sanctio autem imperatoria lex permissiva, uti eleg. loquitur & docet Dn. Ben. Carpzov. d. Tract. dec. 1. p. 1. n. 14.* (2) Possunt maturius testamentum condere. *l. 5. ff. qui test. fac. poss. Magnif. Dn. D. Christ. Phil. Richter | p. 1. dec. 27. num. 30. Carpzov. J. F. p. 3. c. 6. def. 7.* ubi anno duodecimo completo foeminas in foro quoque Saxon. testari posse, contra Matth. Coler. testatur. (3) Possunt

E

sunt

Citius veniam a- sunt citius veniam ætatis impetrare. *l. 2. §. 1. C. de his qui*
ven. æt. impetr. vid. Arnold. Vinn. *ad pr. f. de Curat. num. 1.*
Et 2. Magnif. Dn. D. Georg. Adam Struy/ Exerc. 8. thes.
53. Pruckmann. ad l. 0. ff. de stat. hom. p. 2. princ. art. 18.
33.

Citius a tutela li- (4.) etiam citius a tutela (secus in cura *pr. l. de curat.*) libe-
cur. eff. def. vid. Arnold. Vinn. *ad d. pr. l. quib. mod. tut. fin.*
berantur. n. 3. ibique Joh. Rebhan. in Hodeg. Jur. th. 2. clim. 1. parall. 4.
num. 25. p. 173. ubi eleganter disputat de inspectione habitu-
 dinis corporis, cujus meminit Imperator in *d. pr. Et d. l. fin.*
 add. Donell. *c. 3. comm. 13.* Possunt etiam (5.) regulari-

Possunt ci- ter in civilibus citius testimonium dicere. *arg. l. 3. §. 5. l. 18.*
tius te- cum *l. seq. in fin. ff. de testib.* Prosper. Farinac. *lib. 2. oper. cri-*
sim. dico- min. *tit. 6. q. 58. num. 1. Et seqq.* Dixi in civilibus: in causis
 enim criminalibus minor 25. annis testis esse prohibetur.
l. 20. ff. de testib. nisi (1.) veritas aliter haberi non possit.
 Dn. Ben. Carpzov. *Pract. Crim. p. 2. quest. 114. num. 42. arg.*
l. 5. §. 6. C. de repud. quando vero dicatur, veritatem aliter
 haberi non posse, docet Id. Carpzov. *f. F. p. 1. c. 16. def. 73.*
 (2.) nisi agatur de probanda rei innocentia; idque pro-
 pter favorem defensionis. Dn. Carpzov. *d. quest. 1. 4. n. 43.*
Et quest. 115. n. 74. Et seq. (3.) nisi agatur de crimine læsæ
 Majestatis. *l. 10. §. 1. de quest.* Andr. Dalner. *de Jure homin.*
lib. 2. membr. 2. n. 27. Dixi quoque regulariter: non enim
 indistincte foemina, etiam si majores, testimonium dice-
 re queunt: Testes namque esse nequeunt (1.) in testamen-
 tis solennibus. *§. 6. Inst. de testam. l. 20. §. 6. qui test. fac.*
poss. rationes diversas vid. apud Joh. Zanger. de quest. Et
sort. c. 3. num. 24. Et seq. Wilh. Ludv. Exerc. 7. th. 8. lit. e.
 Arn. Vinn. *ad d. §. 6. n. 2. ibique Joh. Harprech. n. 4. Et In-*

stitu-

titutis commun. Reinh. Bachov. *ad Tr. v. 2. d. 10. th. 4. lit. f.* Bened. Carpzov. *de jur. fem. dec. 9. pos. 7. num. 5. & seqq. (2.)* in probanda investitura feudi. 2. feud. 32. circ. *fm. ibique* feudist. vid. Henr. a Rosenthal. *Synops. Jur. feud. c. 12. concl. 18. n. 5.* Georg. Obrecht. *de feud. lib. 4. c. ult. n. 144.* Hermann. Vultej. *de feud. lib. 2. cap. 3. num. 15.* Mager. *de Advoc. arm. c. 18. num. 65.* Andr. Gail. *lib. 2. obs. 50. num. 6.* Dd. *Comm. ad tit. de testib.* Non tamen prohibentur testes esse in criminalibus, quod de Jure Civ. expeditum est, per *l. 3. §. 5. l. 18. ff. de testib. ibique* Gothofr. *lit. a.* Matthi. Wesenb. *ad ff. d. 1. num. 3.* Carpzov. *d. quest. 114. num. 40.* Joseph. Mascard. *de probat. lib. 2. concl. 762. n. 14.* licet non omni exceptione majores sint. Dn. Wolffg. Ad. Lauterbach. *de differ. Jur. Comm. & Wurttenb. th. 59. n. 1.* Gilhauf. *in arbor. jur. civ. p. 2. c. 6. art. 1. n. 88.* De Jure tamen Canon hanc assertionem negant Matth. Berlich. *p. 3. concl. 5. n. 26.* Prosper. Farinac. *de testib. q. 59. c. 1. num. 1. & seqq.* Mascard. *d. concl. 762. n. 1. & seqq.* Joach. Wibel. *de contr. mul. cap. 4. n. 120. p. 242.* Treutler. *n. 2. disp. 5. th. 8. lit. E.* Rittershus. *de differ. jur. Civ. & Can. lib. 5. c. 21.* Carpzov. *d. quest. 114. num. 39.* idque per *c. forus in fin. de V. S. & c. mulierem, c. 33. q. 5.* Sed his non obstantibus adhuc contrarium defendimus cum Reinhard. Bachov. *ad Tr. d. lit. e.* ubi ad oppositos Dissent. textus respondet, quem vide sis. Fundata autem est nostra sententia in *c. 33. ext. de testib. Et. ex eo. caus. 15. q. 2.* ubi ipsa juriscivilis verba approbantur; & hanc sententiam in Practica fori Saxon. observari, testatur ipse Dn. Carpzov. *d. l. n. 40.* Quamvis autem, *uti hactenus dictum,* de jure Civ. regulariter pubertas in mulieribus incipiat post completum 12 annum, aliud tamen obtinet in lega-

Privileg.

non il

E 2

10;

in legat. aliment. fo, quo ad pubertatem usque alimenta relicta sunt: Tunc enim Imperat. pietatis intuitu rescripsit, ut pubertas in mulieribus ad annum 14. extendatur. *l. 14. §. 1. ff. de alim. in delictis. & cibariis leg.* Et hodie quoque in materia delictorum ratione pubertatis cum masculis pari passu ambulare, docent Dn. Bened. Carpzov. p. m. *in Pract. Crim. quest. 143. n. 26.* & Magnif. Dn. D. Richter / *p. 1. dec. 1. n. 56.*

XXIII.

Privileg. dotis & quidem Ratione constitutionis.

SECUNDO propter nuptias datur mulieribus privilegium dotis: cujus certe favor ubique est uberrimus, sive spectemus illius constitutionem, sive conservationem, sive repetitionem. Ratione dotis constitutionis mulieribus singulariter cautum est I quod ab illis, quorum sunt in potestate, necessario dotari debeant; adeo ut recusantes ad hoc, implorato officio Judicis, compelli possint. *l. 19. ff. de R. N. l. fin. C. de dot. promiss. Andr. Gail. 2. obs. 95. num. 1. Reinh. Bachov. ad Tr. v. 2. disp. 7. t. b. 2. lit. b. Bened. Carpzov. J. F. p. 2. c. 42. def. 12. num. 2. Henric. Brouver. de Jur. Connub. lib. 2. c. 24. n. 29. ad fin. Magnif. Dn. Georg. Adam. Strub / Ex. 39. t. b. 3.* Hinc si filius mutuo pecuniam acceperit, ut eam pro dote sorori daret, pater actione de in rem verso tenetur. *l. 17. ff. ad SCi. Maced. & nihil interest, sive pater ad nuptias libere consenserit, sive immemor propriæ juventæ & cupidinum juvenilis ætatis, non fecerit ea, quæ officii, pietatis & voti cujuslibet patris sunt, per Judicem coactus fuerit. vid. Henric. Brouver. d. c. 24. num. 23. 24. & seq. Joh. Nevizan. sylv. nupt. lib. 2. n. 36. p. 222.* Reipublicæ enim interest, dotes mulieribus constitui. *l. 1. ff. sol. matr. l. 2. ff. de jur. dot. Dn. Carpzov. J. F. p. 2. c. 15. def. 21. n. 8. & part. 3. c. 39. def. 18. n. 3.* nam dotem si non

si non habeant, non facile nubunt; si non nubunt, non sunt matrimonia; si non sunt liberi homines, non sunt cives; si non sunt cives, non est quoque civitas: civitas enim est civium multitudo, inquit Anton. Hering. *de fideiuss. cap. 7. num. 454.* Nec refert, Parentes an sint primi an secundi gradus: nam & avus paternus neptem, quam in potestate habet, dotare tenetur. *l. 6. ff. de collat. l. 7. S. f. l. seq. ff. de in rem vers. vid. Bachov. d. disput. 7. tb. 3. lit. a. II.* Cautum est, quod non saltem patres, verum etiam matres (non quidem regulariter: quia paternum, non maternum est officium. *l. fin. C. de dot. promiss.*) dotem illis constituere teneantur; si scilicet justa & probabilis, vel legibus expressa ad sit causa. *l. 14. C. de iure dot.* puta, si filia a patre ad inopiam redacto dotem consequi, & ita sine ea honestam nubendi conditionem invenire nequeat. *vid. omnino. l. 19. §. 1. C. de Heret. Conf. Dn. Ben. Carpzov. de Jur. fœm. sing. decad. 5. pos. 1. num. 14. & seqq.* vel si pater plane mortuus & filia nihil habeat, unde conditionem nubendi habere possit. *Bachov. d. lit. a. III.* quoque cautum est, quod dictæ personæ dotes constituere debeant congruas; dos autem congrua dicitur, quæ dignitati mariti & facultatibus patrimonii proportionata est. *l. 69. l. 69. S. 5. ff. de jur. dot. l. 43. ff. de leg. 3. Matth. Wesenb. ad ff. tit. de jur. dot. num. 5. Carpzov. J.F. p. 263. def. 3. & p. 264. def. 17. num. 4. & def. seq. num. 6. Magnif. Dn. D. Richter | decis. 69. n. 17.*

XXIV.

Ampliant nonnulli Dd. hunc dotis favorem, eumque etiam in filia emancipata locum habere contendunt. Hieron. Treutl. *v. 2. disp. 7. tb. 2. lit. d. Joh. Petr. Surd. de aliment.*

alimēt. tit. 9. q. 1. aliiq. Verum rectius forsan alii (1.)
Limitat. limitant, filiamque emancipatam parentes dotare debere
 pernegant, idque per *l. 19. ff. de R. N. l. fin. C. de dot. promiss.*
l. 5. §. 12. l. 44. ff. de jur. dot. vid. Reinh. Buchov. *ad Tr. d. lit.*
 D. Ant. Perez. *in C. de dot. promiss. n. 6.* Urgent quidem Dis-
 sent. inprimis verba generalia *d. l. fin. C. de dot. promiss. ibi:*
paternum esse officium. Verum Respond. (1) quod hæc
 verba non sint dispositiva, sed relativa: In relatis autem
 semper continetur id, quod fluit ex relato; atqui relatum
 ipsum habetur *in d. l. 19. de R. N.* ubi iis tantum, qui liberos
 in potestate habent, necessitas imponitur. (2.) quod *in d. l.*
fin. non agatur de necessitate, sed potius de aequitate: Sta-
 tim enim subjicitur: *liberalitas itaque patris &c.* si au-
 tem ex liberalitate dos datur, certe non potest dici, quod
 detur ex necessitate; in necessitatibus enim nemo libera-
 litatem exercet. *l. 18. ff. de adim. vel transf. leg.* Ergo
 non necessarium, sed potius quod pietati & effectui pater-
 no est conveniens, officium *in d. l. fin.* intelligitur. (3)
 quod *in d. l.* non agatur de hac quaestione principaliter: an
 pater dotare teneatur; sed an in dubio de suis, an vero de
 filia bonis dotem constituisse videatur. Preferendi igitur
 sunt textus, in quibus hæc quaestio principaliter tra-
 ctatur, & ex his explicandi sunt illi, in quibus tantum inci-
 denter & minus principaliter tractatur. Urgent Dissent.
 etiam argumentum ab alimentis per *l. 5. §. 1. & 12. ff. de*
agnos. & al. liber. Verum argumentum ab alimentis ad
 dotem procedit non affirmative, sed negative. *arg. auth.*
licet. C. de natur. lib. junct. l. 8. C. cod. Arn. Vinn. lib. 2. c. 14.
select. quest. Henr. Brouvv. *d. l. 2. c. 24. n. 37.* Sublimita-
 tur tamen prædicta limitatio, si filia emancipata egeat,
 &

& propterea honestam nubendi conditionem invenire
haud possit, tunc enim pater officio Judicis ad hoc adigi
potest. Bachov. *ad Tr. d. lit. d.*

XXV.

Ampliant quoque nonnulli Dd. hunc favorem do-
ris, & filiam etiam locupletem, quæ aliunde habet, unde
seipsam dotare possit, a parentibus dotari debere statuunt.
Andr. Gail. *2. obs. 95. n. 14.* Ant. Perez. *in C. d. t. n. 8.* Schön-
borner / *1. pol. 7. pag. 55.* Verum rectius iterum alii (2) li-
mitant, & Parentes ad dotandam filiam propria bona, unde *Limit. 2.*
sibi dotem constituere possit, habentem, non compelli
posse, docent *arg. l. 5. §. 7. ff. de agnosc. & al. lib. arg. l. 22.*
§. pen. in fin. ff. ad Sc. Trebell. arg. l. 9. ff. de in rem vers.
Magnif. Dn. D. Christoph. Philip. Richter, *de adverb. si-*
gnif. adverb. abunde 9. cessat enim ratio, ut scil. filia inve-
niat conditionem honestam nubendi, *ext. 19. ff. de R.N. vid.*
Ben. Carpz. *J. F. p. 2. const. 42. def. 13.* Magnif. Dn. Georg.
Adam. Struve / *Ex. 30. th. 3.* Dissent. quidem sententiam
suam stabilire volunt *per l. f. C. de dot. promiss.* Verum alia
quæstio est, an Pater promittere & dotem dare cogatur; alia
v. si ultro promiserit, quibus ex bonis an ex suis an filia hoc
fecisse præsumatur: non de priori, sed de posteriori agi-
tur *in d. l. fin. vid. omnino Reinh. Bachov. ad Treutl. v. 2.*
d. 6. eb. 2. lit. c. Neque juvat Gail. ejusque assecclas, quod
locupleti filia etiam debeat legitima: maxima n. diffe-
rentia est inter dotem & legitimam; hæc siquidem patre
demum mortuo debetur, dos vero eo vivente datur Henr.
Brouvv. *d. t. 24. num. 37.* & legitimam ut liberi habeant, natu-
ralis & civilis ratio suadet, dotem vero, ut conditionem
nuben-

- nubendi inveniunt. Bachov. & ex eo Bened. Carpov. *dd.*
- Limit. 3.* *U. Limitat. (3.)* in filia naturali, *per l. 41. §. 11. ff. de leg. 3.* ubi pater filiae naturali non nisi obligationis jure debitum praestare tenetur, & *per l. 8. C. de natur. lib.* uti patri licentia tantum datur, non vero necessitas imponitur. Bachov. *d. tb. 2. lit. b.* Dn. D. Struve *1 d. tb. 3.* utut pater tali filiae alimenta praestare teneatur. *auth. licet. C. d. t.* Carpov. *J. F. p. 2. c. 10. def. 18. §. 21.* nam in *thes. prox. preced. in fin.* jam diximus, argumentum ab alimentis ad dotem non affirmative, sed negative procedere: Hinc limitat. hic favor
- Limit. 4.* (4.) in filia ingrata, seu quae tale quid, ob quod exheredari posset, admisit, quia hanc parentes alere non tenentur. *arg. l. 5. §. 11. ff. de agnos. §. alend. lib. ibique Gothofr. lit. p.* Dn. D. Struv *1 d. Ex. 30. tb. 3. §. tb. 76. & (5.)* in filia haeretica. *vid. l. 19. cum §. 1. C. de haeret.* Hieron. Treutl. *ibidemque* Bachov. *d. tb. 2. lit. e.* qui autem liberi haeretici dicantur, disce ex iis, quae tradit Matth. Wesenb. *in C. d. t.* & Erasim.
6. Ungepaur. *in Comm. super Decretal. tit. eod.* Cessat (6) hic dotis favor in filia contra familiae honestatem indigno viro nubente. Andr. Gail. *d. l. 2. obs. 95.* Job. Schneidw. *in §. 29. J. de action. n. 84. §. seq.* Gothofr. *in not. ad l. 19. ff. de R. N. lit. b.* Ben. Carpov. *J. F. p. 2. c. 42. d. 12. n. 4.* Cessat denique (7) in filia parentes in nassam aëris alieni totos conjectos, vel facultatibus suis plane exutos habente: parentes enim tunc ipsa impossibilitate filiam dotare prohibentur. *l. 10. §. 14. in fin. l. 25. §. 1 ff. quae in fraud. cred.* Carpov. *de Jur. saem. dec. 5. pos. 1. n. 37.*

XXVI.

Quid si
filia sit
diver,

Diximus in *princ. thes. preced.* quod pater filiae propria bona habenti dotem constituere non teneatur. Aliud tamen

tamen obtinet, si pater filia propria bona habenti, quaque ipse administrat, simpliciter dotem constituerit: tunc enim ex singulari privilegio non de filia, sed ipsius patris bonis constituisse, dicendum est. *l. fin. vers. utramq; igitur. C. de dot. promiss. add. l. 3. §. fin. ff. de jur. dot.* Imo etiam si pater, se dotem ex suis & filia bonis fecisse dixerit, tamen ex singulari quoque privilegio de suis tantum, nisi penitus sit inopia textus, *ut inquit Imperat. fecisse censetur. d. l. fin. vers. ubi autem.* Bachov. *d. tbes. 2. lit. C.* De dotis constitutione etiam notand. quod dos quoque incerta ab extraneo (secus, si ac ipsa uxore. *l. 1. C. de dot. prom. ibiq; Gothofr. lit. g.* cessat enim tunc favoris ratio, quia scil. jam invenit conditionem nubendi) promissa valeat, idque tum ob mulierum favorem, ne scil. indotatae maneant, tum ob *l. 3. C. d. t. vid. Bachov. ad Tr. d. disp. 7. th. 4. lit. D. & ad Wesenb. tit. de jur. dot. num. 5.* Norand. tamen, quod maritus ob dotem promissam, postea vero non solutam uxorem domo expellere nequeat. Vid. Bachov. *d. disp. 7. th. 5. lit. e.* Dn. Struv. *Tract. de vind. priv. cap. 8. aph. 1. n. fin. & in Synt. Jur. Civ. d. Ex. 30. th. 7.* Henr. Brouvver, *de jur. connub. lib. 2. c. ult. num. 23.*

Si dos incerta promissa.

XXVII.

Circa dotis conservationem ejusq; securitatem multum quoque juris mulieribus tribuere LLtores. Et certe constante matrimonio haud exigium favorem videmus in eo, quod (1) mulieribus, si videant maritos substantia sua prodigaliter uti, succurratur per sequestrationem rei dotalis *l. 22. §. 8. vers. sin vero dotem. ff. sol. matr.* sequestrationis enim justam causam præbet merus dilapidationis bonorum. *l. 21. §. ult. ff. de appell. c. ult. de sequestr. poss. & fruct.*

Privileg. dotis ratione conservat. I. De sequestratione rei dotal.

F

Erasim.

2. *De retentione.* Erasim. Uloge. *ib. n. 7.* Magnif. Dn. D. Georg. Ad. *Struod Ex. 21. thes. 50. (2)* quod ipsis succurratur per retentionem, si scil. maritis bona sua non ut homines frugi decet, administrantibus, dotem nondum realiter dederint. *arg. l. 24. ibiq; Gothofr. lit. M. ff. sol. matr. arg. l. 24. C. de divort. Ben. Carpz. de iur. foemin. singul. dec. 5. posit. 2. n. 36. Ant. Fab. in C. lib. 5. tit. 14. def. 4. n. 26. Et seq. & (3.)* quod ipsis subveniatur per dotis repetitionem, vid. laudat. Carpzov. *J. F. p. 1. c. 28. def. 69. add. Joach. Wibel. de contract. mul. §. 1. num. 39.* si scil. evidentissime appareat, maritorum facultates ad dotis exactionem non sufficere. *d. l. 24. ff. sol. matr. vel, si mariti substantia sua male uti inchoaverint. Nov. 97. cap. 6. ad fin. pr. puta, si plus annuatim impendant, quam habent expeditu. arg. l. 3. §. 1. ff. ubi pupill. educ. vel neque tempus, neque finem expensarum habeant. l. 1. ff. de curat. fur. vel si mulieres illud ipsum alias sufficienter probent. Ant. Hering. de fidejuss. c. 6. n. 184. Carpzov. J. F. p. 2. cap. 24. def. 11. n. 4.* prout etiam in Camera receptum est, teste Barthio *in select. Camer. sent. in prejud. de 6. Octobr. anno 1539. lit. c.* His tamen in casibus consultum etiam est maritis, ut scil. si mulieribus de dote idonee caverint, dotem retinere, vel promissam concidere queant; sin vero non sufficienter, sed aliquid tantum, id est, quantum meritorum inopum facultates admittunt, caverint, possint mulierum dotes apud honestos viros deponere & pro ferendis matrimonii oneribus usuras accipere *c. per vestras x. de donat. int. vir. Et ux. ibique Erasim. Ungepaup. in Comment. num. 6. Ant. Hering. d. c. 6. n. 192. Et 2. seqq. vid. Andr. Gail. 2. obs. 83.* Notandum autem, quod hic etiam admittatur cautio fidejussoria, contra communem Jur. Civ. regulam, qua dici-

dicitur: pro dotis conservatione uxori a marito fidejussor dari nequit; ob rationem, ne cui credenda se mulier existimavit, ejus fidem dotis nomine suspectam habere videatur. *l. 1. § 2. C. de fidejuss. dot. dent. vid. Ant. Hering. d. c. 6. n. 104. & seqq. Bened. Carpzov. J. F. p. 2. c. 42. def. 17. & fundatur hæc cautionis fidejussoria datio in d. cap. per vestras 7. x. de don. int. vir. & ux. Ant. Hering. d. c. 6. n. 187.*

XXVIII.

Constante quoque matrimonio magnus favor circa dotis conservationem elucescit ex eo quod mulieres maneant dominæ rerum dotalium. Intricatissima quidem hæc est quæstio ob diversissimos juris textus. Hinc in diversissimos etiam opinionum anfractus abeunt Dd. quorum quisque sua adamantina jactat. Aliud statuit Hugo Donell. *lib. 64. comm.* aliud Herm. Vultej. *ad pr. J. quib. alien. lic. § 1. disc. scbol. penult.* aliud Francisc. Hotomann. *ad d. pr. d. t.* aliud Perenott. *2. animadv. c. 2.* aliud Joh. Robert. *3. sent. 18. § 3. animadv. 9.* aliud Vaud. *2. var. quest. 3.* uti videre est apud Arium Pinel. *ad l. 1. C. de bon. matern. p. 3. n. 12. & seqq. Arnold. Vinn. ad d. pr. J. quib. alien. lic. num. 2. & Bened. Carpzov. de Jur. fem. decad. 5. pos. 3. & J. F. p. 2. c. 42. def. 19.* Nos necessarium ducimus ut prius agamus de ipsa materia objectiva dotis, qua exposita, sententiam nostram subjungemus. Dantur autem in dorem res omnes, corporales & incorporales. *l. 2. C. de O. & A. l. 7. §. 2. ff. de jur. dot. l. 17. C. eod. l. 13. ff. de hered. petit. mobiles & immobiles, quæ in commercio sunt. l. 34. & seqq. ff. de Jur. dot. fungibiles & non fungibiles: res fungibiles sunt quantitates, quæ in pondere, numero, & mensura consistunt *pr. J. quib. mod. re contr. oblig. Georg. Frantzk. ad ff. tit. de R. C.**

F 2

num. 17.

An mulieres
res rerum
dotal. sine
domina?

num. 17. Johan. Rebhan. Hodeg. Jur. cb. 2. dim. 3 par. 2. n. 10. Dn. D. Strub. Exerc. 16. tb. 14. non fungibiles sunt species. vid. Matth. Wefenb. ad ff. tit. de R. C. num. 11. & ex eo Joh. Rebhan. d. l. n. 20. Hæ autem species in dorem datæ sunt vel æstimatæ vel inæstimatæ. l. un. § 9. § 15. C. de R. U. A. l. 5. l. 10. C. l. 10. pr. § § seqq. l. 14. 16. 17. §. 1. l. 18. ff. de Jur. dot. & alibi pass. æstimatæ iterum sunt vel taxationis, vel venditionis gratia. Species æstimatæ taxationis sive interrimen-
 ri causa in dorem dantur; ut constet, quanti res sint, si soluto matrimonio restitui debeant, ut in casibus l. 96. §. 7. ff. de Jur. dot. l. 21. C. eod. l. 50. ff. sol. matr. l. 1. C. de fund. dot. venditionis vero gratia æstimantur eum in finem, ut accipiens eas res eo pretio æstimatas habeat empras. l. 10. §. 4. § 5. l. 16. ff. de iur. dot. quæ venditio in dubio, si æstimatio circa dotis constitutionem adhibeatur, præsumitur d. l. un. §. 9. C. de R. U. A. l. 10. C. de Jur. dot. Didac. Covarruv. pract. quæst. 28. num. 1. Gothofr. ad l. 16. ff. de J. dot. lit. Z. Frantzk. ad ff. tit. de evict. num. 70. Carpzov. J. F. p. 2. c. 17. def. 16. princ. Hisce præmissis respondemus ad dictam quæstionem distinguendo: (1) inter dominium revocabile & irrevocabile. Hinc quando dicitur, mariti esse dominium rei dotalis. pr. J. quib. alien. lic. l. 9. §. 1. in fin. l. 75. ff. de iur. dot. l. 23. C. eod. l. 13. §. 2. ff. de fund. dot. & quod hujus intuitu possit percipere fructus. l. 7. ff. d. J. dot. per regulam in l. 12. §. 3. in fin. ff. ad exhib. tam naturales l. 10. §. 3. ff. de J. dot. l. 7. § 12. sol. matr. quam civiles d. l. 7. §. 2. § 10. Item, quod ab ipso dos ante nuptias data non securis nuptiis conditione repetatur. l. 7. §. 3. ff. de J. dot. quod dominium præsupponit. l. 1. §. 1 ff. de condict. tritic. §. 14. J. de act. vel, quod ipsi detur rei vindicatio. l. 9. C. de rei vindic.

i.
 Respond.
 distingu.

dic. quæ etiam soli domino competit. *l. 23. pr. & pass. in ff. & C. de Rei vind.* vel, si quando marito alii effectus juris dominici proprii attribuuntur; veluti, quod jubere possit servum dotalem heredem institutum, hereditatem adeat. *l. 58. sol. matr.* quod possit servum dotalem manumittere. *l. 21 ff. de manumiss. l. 3. C. de Jur. dot.* Item, quod dominium dotis ad ipsius transeat successores universales. *l. 1. §. 2. ff. de fund. dot. l. 62. ff. de A. R. D.* vid. plur. apud Johann. Harpprecht. *ad pr. f. quib. alien. lic. num. 12. & seqq.* Hæc omnia intelligenda sunt, quod maritus re ipsa quidem habeat dominium, verum constante saltem matrimonio, & ita dominium tantum revocabile: Si enim matrimonium solutum fuerit, morte scilicet aut divortio (quod frequenter apud Romanos fiebat, uti apparet *ext. i. ff. & C. de divort. l. fin. C. ad S. i. Vellej.*) tunc dos iterum redit ad uxorem, quam propterea dominium habere irrevocabile dicimus, & ad maritum dotis hominium sola legum subtilitate abiisse, apud mulierem vero naturaliter mansisse, ait Imper. *in l. 30. C. de f. dot.* Hinc etiam Ictus Tryphon. dicit: *quamvis in bonis mariti dos sit, mulieris tamen est, in l. 75. ff. de f. dot. & Ulp. in l. 3. §. 5. mulieris proprium matrimonium vocat. ff. de minor. add. l. 16. ff. de relig. & sumpt. l. 14. ff. ad L. falcid. l. 4. ff. de collat. l. un. §. 14. C. de rei ux act.* unde etiam d. Ulp. de fundo dotali quasi de re aliena, distendit *in l. 7. §. 12 ff. sol. matr.* Firmo ergo stat thalo, quod maritus dominus, dominiumque rei dotalis habere dicatur, respectu habito ad matrimonium adhuc dum subsistens, & propterea revocabile saltem; mulier vero domina, dominiumque rei dotalis habere dicatur, respectu habito ad futurum matrimonii eventum. Confer. Georg. Frantzk. *Tr.*

de laudem. c. 22. num. 20. & seq. Arnold. Vinn. ad d. pr. 7. quib. alien. lic. n. 2. Bened. Carpov. d. cor. fl. 42. def. 19. Dn. D. Struse / Ex. 30. th. 12. & seq. D. Henr. Hahn. ad Wes. tit. de Jur. dot. n. 7. add. B. Do. Ludwel. Exerc. 6. th. 12. lit. 6. Nec novum est in jure nostro, ut res aliqua ab eventu nominetur. vid. l. 5. C. de bon. quæ lib. l. 6. l. 8. ff. de grad. & affin. l. 5. ff. de testib. Sic Adam quoque a futuro eventu conjugem suam Evam, id est, matrem viventium appellavit. Genes. 3. versic. 20. Procedunt autem hæc, quæ diximus, si marito res in dotem datæ fuerint inæstimatæ, vel æstimatæ quidem, sed taxationis causa; Sin vero res in dotem datæ fuerint æstimatæ & quidem venditionis gratia, uti in dubio præsumitur. sicuti paulo sup. in hac th. dix. per l. un. §. 9. C. de R. U. A. tunc omnino dominium acquiritur marito plenissimum & irrevocabile. l. 10. C. l. 10. §. 4. & seqq. l. 16. ff. de J. dot. d. l. un. §. 9. Ant. Faber. in C. lib. 5. tit. 7. def. 43. num. 1. Joh. Rebhan. d. ch. 2. clim. 2. parall. 2. n. 27. add. Gothofr. ad l. 30. C. de J. dot. lit. n. maritus enim hoc in casu loco emptoris est ad. text. Hisce quidem non immerito quis objiciet l. 30. C. de jur. dot. ubi Imperator mulieribus etiam ratione rerum æstimatarum (quas tamen pleno & perpetuo jure ad maritum transire jam probavimus. & probatur insuper per l. 5. C. d. t.) soluto matrimonio vindicationem concedit, illasque earum quoque dominas naturaliter mansisse pronunciat. Ad hanc Dd. varie respondent, & Salicet. Cum Gloss. mirabile hoc appellat, in d. l. 30. Reinhard. Bachov. ad Tr. v. 2. de 7. th. 10. lit. b. & Arn. Vinnius. ad pr. 7. quib. al. lic. purant, Justinianum, in d. l. de rebus æstimatis sic locutum esse, coloris saltem suæ constitutioni quærendi causa, qua mulieribus plenissime consulere,

fulere, illisque contra manifestam juris rationem hoc remedium vindicationis concedere voluit. Quo facit, quod etiam Judices eos laudet, qui (& hoc contra principia juris) pro rebus quoque antidotalibus rei vindicationem dede-
runt, in *Nov. 61. c. 1. §. 1.* Bachov. *d. l.* ubi ex Bart. Salic. & aliis *ad d. l. 30.* addit, ad absurditatem aliqua ex parte evitandam, hoc intelligendum esse de rei vindicatione utili saltem, add. Vinn. *d. l.* inter quam tamen & directam nihil amplius differentiae superest. *l. 47. ff. de N. G.* Nihil autem inter est, res aestimato datae mobiles sint, sive immobiles Dn. *Struv* / *Ex. 30. tb. 21.* vid. omnino Bachov. *d. disp. 7. tb. 9. lit. c.* Vinn. *ad d. pr. num. 1.* Interdum quoque non potest fieri, ut mulier maneat domina, maritus vero saltem quoad effectum fiat dominus; veluti si actiones & jura in dotem cedantur, quae a persona in personam transferri nequeunt, e. g. si mulier usufructum sibi constitutum in dotem cedat, tunc enim, quia ipsum jus ita infixum, ossibusque, uti Dd. loquuntur, inhæret ipsius personae, ut ab ea avelli nequeat. *l. 66. ff. de iur. dot. l. 38. ff. de usufr.* marito tantum exercitium hujus usufructus acquiritur: sic etiam, si mulier hereditatem in dotem intulerit. *l. 13. §. 10. de hered. petit.* maritus eam consequitur, uti emptor hereditatis laudat. Dn. *Struv* / *d. Exerc. 30. tb. 11.* quo in casu hæres, venditor scil. quia semel hæres extitit, semper hæres manet. *l. 88. ff. de hered. instit. l. 2. C. de hered. vel act. vend. & exercitium saltem actionum directarum ad emptorem transfert, qui inde fit procurator in rem & utilitatem suam l. 8. C. de her. vel act. vend. Conf. Georg. Frantzk. ad ff. tit. de hered. vel act. vend. n. 16.* Dn. *Struv* / *Ex. 23. tb. 74.* Bachov. *ad §. 1. J. de us. & habit. ibique Arnold. Vinn. n. 1.*

EX

XXIX.

quos ma-
ritus acci-
piat fru-
ctus.

Ex hujus quæstionis resolutione apparet etiam I. quos maritus ex re dotali accipiat fructus, faciatque suos: omnes scil. l. 7. pr. ff. l. 20. G. de J. dot. tam naturales. l. 10. §. 3. ff. d. t. l. un. §. 9. C. de rei ux. act. quam civiles. l. 7. §. 10. sol. matr. quod enim ex re mariti fit, ad ipsum etiam pertinet, per reg. Comm. in l. 12. §. 3. ff. ad exhib. l. 49. in f. ff. de rei vind. Intelligendum tamen h. e. (1) ratione fructuum, quos maritus accepit constante matrimonio: ante n. vel post percepti, doti accrescunt. l. 38. §. 12. ff. de J. dot. vid. Henric. Neuenhan. de Jur. & priv. viduit. membr. 3. sect. 8. lit. d. p. 69. Cessat enim tunc ratio, onera scil. matrimonii, propter quæ dos constituitur. l. 76. ff. d. t. ubi autem non est complexus rationis, ibi etiam non debet esse nexus dispositionis, per erit. ff. l. 31. ff. ad L. Aquil. l. 9. §. 7. vers. Et licet. de J. & f. ignor. l. 108. de V. O. Decian. conf. III. n. 10. (2) intelligendum hoc est de rebus, quæ fructuum nomine veniunt. Hinc partus ancillarum dotalium in æstimatorum maritus non lucratur. l. 10. §. 2. ff. de J. dot. l. un. §. 9. C. de R. U. A. partus enim in fructu non est. l. 28. §. 1. ff. de usur. §. 37. J. de R. D. maritus quidem fit dominus matris & conseq. etiam partus, tanquam accessorii; Verum dominium saltem habet revocabile, & finito matrimonio uxori rem principalem cum hoc accessorio restituere debet. per d. rat. in d. §. 37. Unde etiam maritus thesaurum in fundo dotali inventum non in totum lucratur, sed dimidiam partem solum matrimonio uxori restituere teneretur, quia thesaurus non inter fructus computabitur. l. 7. §. 12. ff. sol. matr. Idem obtinet in alluvione. l. 10. §. 1. ff. de J. dot. aliisque, quæ fructuum nomine non veniunt, docente Magnif. Dn. D. Georg. Adam. Struv. Ex. 30. tb. 13.

quid, si
maritus
in fundo
dotali
thesaurum
inve-
nerit?

Appa-

Apparet II. ex præcedentis quæstionis decisione, ad quem spectet, si casus fortuitus acciderit, periculum dotis: ad maritum scil. interdum, interdum v. ad mulierem. Ad maritum, si in dotem data fuerit quantitas. *l. 42. ff. de jur. dot. vel species æstimata, non attenta distinctione, utrum venditionis vel taxationis gratia facta sit: si enim priori modo æstimata fuerit, maritus ejus dominium acquirit irrevocabiliter, & vera contrahitur venditio. l. 10. §. 4. de J. dot. l. 16. eod. Carpzov. J. F. p. 2. c. 42. d. 21. Georg. Frantzk. ad ff. rit. de evict. n. 73. in qua certissimum est, quod periculum ad emptorem spectet. §. 3. J. de empt. vend. l. 7. l. 8. ff. de peric. & comm. rei vend. etiam si mulier eas in usu habeat. l. 51. ff. sol. matr. l. 69. §. 8. ff. de J. dot. si vero posteriori modo, taxationis scil. causa, æstimato data fuerit, quamvis tunc maritus dominium saltem revocabile habeat, & propterea speciei debitor sit. l. 21. C. d. t. l. 50. ff. sol. matr. certum autem est, quod debitor speciei ejus periculum non sustineat. l. 23. ff. de V. O. limitatur tamen hæc regula, nisi debitoris culpa, mora, vel pactum intervenerit. c. fin. x. depos. vid. Arn. Vinn. ad §. 2. J. quib. mod. re contr. obl. n. 6. quia igitur in hac taxatione hoc simul tacite inter partes conventum esse videtur, ut maritus re perempra ejus æstimationem præstet. l. 21. ibi: *diminuta vel deperdita C. de J. dot.* merito quoque ad ipsum spectare dicitur periculum: cum *secund. comm. juris regulam, æstimatio transferat periculum. l. 1. §. 2. ff. de æstimat.* Hinc etiam, si marito res simpliciter & non æstimata, vel taxationis gratia æstimata bona fide data fuerit, ob evictionem ejus contra mulierem nulla datur actio. l. 69. §. 7. ff. junct. l. 1. C. de J. dot. vid. Georg. Frantzk. ad ff. rit.*

lit. de evict. num. §22. & seqq. in prim. n. 531. Magnif. Dn. D. Georg. Adam. Strub / d. Exerc. 30. tb. 10. Hinc generaliter inquit Jctus: *interest viri, res non esse aestimatas, idcirco ne periculum rerum ad eum pertineat, in l. 10. ff. de J. dot. & Imper. aestimatarum rerum maritus quasi emptor & commodum sentiat, & dispendium subeat, & periculum expectet, in sep. all. l. un 3. 9. C. de R. U. A.* Ad mulierem vero spectat periculum, si res dotales in aestimata data fuerint. *d. l. 10. pr. de J. dot.* Dn. Henr. Hahn. *ad Wesenb. d. t. n. 7.* non obstante, quod constante matrimonio maritus illarum sit dominus, *per jura sup. tb. 28. alleg.* nam periculum quidem domini est. *l. 9. C. de pign. Act.* sed tum demum, nisi ejusdem rei sit debitor, tunc enim periculum creditoris (mulieris) est, *per sup. d. l. 23 ff. de V. O. Conf. Georg. Frantzk. ad ff. tu. de peric. & comm. rei vend. n. 10. & seqq.* Nihil autem interest, res dotales in aestimata mobiles fuerint sive in immobiles. *d. l. 10. pr. & §. 1.* Dn. Ben. Carpzov. *d. c. 42. def. 19. in fin. & desin. seq.* cujus tamen ratio ibi subjecta nimis generalis & haud sufficiens esse videtur.

XXXI.

quam culpam praestet maritus in dot.

Elucescit III. ex haecenus dictis, quam maritus circa res dotales praestare debeat culpam. Demonstravimus namque, quomodo maritus sit dominus, & quas res dotales in suis habeat bonis: eandem ergo diligentiam, quam dominus rebus adhibet suis, in illis quoque praestare debet. *l. 17. ff. J. dot.* nimirum mediam, quae Graecis vocatur μέση ἐπιμέλεια, cui opponitur culpa levis. Arnold, Vinn. *ad §. 2. J. quib. mod. re contr. obl. n. o.* Conf. Magnif. Dn. D. Strub / Exerc. 19. tb. 15. & mult. seqq. Praestat nimirum maritus in rebus dotalibus, in aestimatis scil. dolum, culpam

pam latam & levem. d. l. 17. l. 18. §. 1. l. 25. §. 1. l. 66. ff. sol. matr.
 Carpzov. J. F. p. 2. c. 42. d. 19. n. fin. absolute quidem in dd.
 rext. ponitur verbum culpa; Verum ex usu juris culpa levis
 indigitatur, uti complurculis locis videre est. l. ii. ff. de N. G.
 l. 5. §. 3. ff. de in lit. jur. l. 5. §. 2. ff. commod. l. 23. ff. de R. J. l. 11. l. 25.
 §. 10. ff. famil. Erisc. l. 1. §. 35. J. de pos. §. 3. J. de obl. quæ re contr.
 §. ult. J. de societ. l. 3. §. 1. ff. naut. caup. stap. & alibi pass. nisi ta-
 men subjecta materia repugnet, ut in §. 6. J. de susp. tur.
 Conf. Bachov. in Comm. Inst. ad d. §. 6. Frantzk. Exerc. 3.
 quest. 8. Ex. 11. quest. 7. n. 13. non vero maritus præstat cul-
 pam levissimam. Christ. Befold. Tr. de cas. fortuit. c. 8. sect.
 23. Suevius ad l. 23. ff. de R. J. reg. 3. ex. 5. Boceri. ibi d. c. 4. n. 101.
 & seq. cum hic utriusque verferetur utilitas. d. l. 5. §. 2. ff. com-
 mod. l. 23. ff. de R. J. Dn. Henr. Hahn. ad Wes. de J. dot. num. 9.
 Ita autem ad culpam levem obstrictus est, ut ne pacisci pos-
 sit, ut causam solummodo præstet, idque propter favorem
 dotis. l. 6. ff. de fund. dot. secus enim alias est. d. l. 5. §. 2. comm.
 l. 1. §. 6. ff. de pos. d. l. 23. de R. J.

XX XII.

Dotis repetitionem quod spectat, illam undiquaque Ratione
dotis re-
petit.
 privilegiis munitam esse, nullus non, cui de meliore luto
 finxit præcordia Titan, de jure fatebitur. De jure qui-
 dem Digestorum mulieri ad dotem repetendam compe-
 tit saltem privilegium personale. l. 19. ff. de reb. auct. iur.
 possid. alias l. 4. de privil. cred. cujus vi chirographariis qui-
 dem præferabatur, hypothecariis vero postponebatur. l. 9.
 C. qui pot. in pignor. & hoc privilegium personale competit
 etiam uxori, uti Dd. loquuntur, putativa. l. 22. §. fin. ff. sol.
 matr. Item sponsæ, quæ scil. spe futuri matrimonii dotis
 nomine aliquid dedit, & id nuptiis non secutis repetit. l.

17. §. fin. & l. seq. ff. de reb. aut. jud. Postea vero Imper. Justinianus, quo mulieribus plenius consultum sit, constituit, ut uxor ratione dotis in omnibus mariti bonis tacitam habeat hypothecam, in l. un. §. i. C. de rei ux. act. cum quo concordat Fürstl. Württ. LandR. p. 2. tit. 8. §. Desgleichen sein auch den Weibern ihrer Ehemänner Haab und Güter / umb ihre zugebrachte Heyrath Güter / stillschweigend hypothecirt und verpfändet. & p. 1. tit. 75. Joach. Wibel. de contract. mul. §. 1. n. 34. Dn. Wolffg. Adam. Lauterbach / in Tr. de differ. jur. comm. & Württ. ad a. tit. 75. tb. 95. & seq. & sequenti anno, quia illis nunquam satis propter causas supra tb. 11. notatas consultum putavit, utq; in omnem eventum securæ sint, cum hac qualitate auxit, ut omnes creditores, etiam anteriorem expressam hypothecam habentes, antecedit, in l. 12. C. qui pot. in pign. Certant quidem & concertant Dd. de hac posteriori prærogativa, uti videre est apud Joh. Harpprecht. ad §. 4. J. quib. mod. re contr. n. 261. & seqq. ubi in utramque partem infinitos cumulat Dd. Et communis fere Schola in Negativam abiit, an recte? dubito: quod enim mulier creditores anteriorem etiam expressam hypothecam habentes antecedit, probare videtur non solum generalis in d. l. 12. §. 1. subjecta ratio, ubi Imper. ait: *Quis enim earum non misereatur propter obsequia, que maritis præstant, propter partus periculum & ipsam liberorum procreationem; Verum insuper hoc etiam perspicue apparet (1.) ex generalitate verborum, non tantum d. l. 12. in pr. ibi: contra omnes & c. habeant privilegia, & creditores alios antecedant, licet fuerint anteriores; sed etiam Nov. 109. c. 1. ibi: ut etiam prioribus creditoribus præponatur & c. ubi quidem Dissent. captant verbum privilegium,*

An mulieres etiam expressam anter. hypothecam habentiibus preferatur?

um, sed frustra. vid. Dn. Bened. Carpzov. *J. F. p. 1. c. 28. d. 65. n. 7. (2.)* ex principio *d. l. 12. ibi: assiduis mulierum aditionibus inquietari sumus, per quas suas dotes deperditas esse lugebant, & ab anterioribus creditoribus substantias maritorum detentas &c.* quod certe minus recte ita explicatur: mulieres Imperatorem inquietasse propter tacitas tantum hypothecas: quam facile enim eludi posset hæc constitutio; v. g. si fiscus vel alii, quibus hypotheca tacita a lege concessa, expressa sibi prospexerint. (3.) *ex Nov. 97. c. 4.* ubi mulieri præfertur saltem ille, qui ad militiam emendam credidit: Exceptio autem in casibus non exceptis confirmat regulam, *per vulg. (4.)* per argumentum firmissime concludens *ex Nov. 97. c. 3.* ubi mulier præferri dicitur illi, qui specialiter credidit in rem emendam, & sibi expressa conventionione de hypotheca prospexit, qui tamen sine dubio omnibus creditoribus non tantum tacitam, sed etiam expressam anteriorem hypothecam habentibus antefertur. *l. 7. C. qui pot. in pign. (5.)* ex eo, quia hæc ipsa distinctio, hypothecæ scilicet tacitæ & expressæ, in hoc puncto prælationis Juri civili plane incognita, & purum punctum figmentum est, uti vocat B. Dn. Frantzk. *ad tit. qui pot. in pign. num. 52.* eadem enim hic est vis taciti quam expressi, nec majorem vim legis constitutio habet in constituendo pignore tacito, quam voluntas in pignore privato, *per l. 2. C. de jur. fisci.* ubi expresse dicitur, si maritus, priusquam uxori res suas pro dote obligaverint (*non enim isto tempore uxor tacitam hypothecam habebat*) cum fisco contraxerit, fiscum causam pignoris prævenisse. *l. 8. C. qui pot. in pign.* ubi dicitur, Rempubl. præferri fisco, si prior hypothecam accepit. Ergo a contrario sensu,

54

sensu, si postea accepit, non præfertur. Vid. Reinhard. Bachov. *ad Tr. n. 2. d. 24. th. 6. lit. e.* & ex eo laudat Frantzk. *d. l. n. 30.* ubi pluribus hanc sententiam defendunt, & ad contraria quoque respondet Bachov. *d. disp. 24. th. 7. lit. b.* add. Bened. Carpzov. *d. def. 65.* Matth. Berlich. *p. 1. concl. 65. n. 6. seqq.* Joh. Harpprecht. *ad d. §. 4. §. quib. mod. re contr. n. 26. & seqq. & ad §. 29. §. de act. n. 7. & seqq.* Ant. Fab. *lib. 13. conj. 11.* eandem etiam amplectitur Dn. Henr. Hahn. *ad Wesf. tit. de privit. cred. n. 4. p. 755.* Georg. Frantzk. *d. l. 52.* Dn. Wolffg. Adam Lauterbach *1 de diff. Jur. Comm. & Wurt. d. l. Arnold. Vinn. ad §. 29. §. de act. n. 3.* Ben. Carpvov. *de Jur. fam. dec. 5. pos. 5. ubi n. 31.* recte subjungit, quod nec propterea Imperator noster, quia hoc privilegio juri anterioris hypothecarii non parum præjudicavit, ipsique ita injuriam intulit, iniquitatis argui possit: nam licet videatur, quædam injuriæ species, si nude & simpliciter consideretur, quatenus scilicet anterioris hypothecarii conditio deterior redditur; at tamen hanc injuriæ speciem exsuperat favor dotis, cui publica quodammodo implicata est utilitas. *l. 1. ff. sol. matr. l. 2. ff. de §. dot. l. 18. de reb. auct. jud.* cujus intuitu sæpius jus privatorum mutatur. add. Bachov. *d. lit. t.* & ita quoq; in hac ipsa prælationis materia lex fiscum, etiam pignora anteriora habentibus, quoad tributa & primipilatus administrationem præfert *l. 1. C. de priv. fisc. l. 3. C. de primipil.* Dn. Hahn. *d. l. n. 5. vers. sponsa.* Item, cum, qui sumptus funeris *Leichkosten*, fecit *l. 45. ff. de relig. & sumpt. l. fin. §. 9. C. de jur. delib.*

XXXIII.

quid moribus de

Utut hanc nostram sententiam elegantem ex Juris civil. dispositione prælaud. Dd. defendant; Contrarium tamen

men complurimis in locis receptum, imo singulariter sanc- ^{bac quæst.}
 citam est, ut nimirum mulieres creditoribus tacitam tan- ^{obtinere}
 tum non etiam expressam hypothecam anteriorem habentibus præferantur. Joach. Mynsing. 4. obs. 13. quidem scribit, quod in clytum Judicium Camerale secundum nostram, ceu jure civil. veriorem sententiam judicaverit; Verum contrarium attestatur Andr. Gail. 2. obs. 25. n. 10. ubi ait: nec memini in Camera ab ea opinione (contraria scilicet) meo tempore unquam recessum fuisse. Et autor decisi. seu præjud. Cam. tom. 3. verb. hypotheca inquit: Quamvis Mynsing. affirmativam in observ. mordicus teneatur, tamen pro negativa in Camera pronunciat. In Foro Saxon. adest lex publica Electoral. Ord. Proc. Jud. tit. 43. § part. 1. const. 28. vid. ibid. Dan. Moller n. 33 Dn. Carpzov. def. 93. ubi hoc refert præjud. So werden der Wittben ingesambt die bemelte 50. Gulden / so der Eheman in dorem empfangen / vor all. n andern seinen Gläubigern / so auff seinen Gütern nicht ältere ausdrückliche Verpfändung erlanget / vor voll billich bezahlet. **W. N. W.** Item etiam in Foro Würtenb. observari, in thes. preced. diximus, ubi add. Besold. disp. 2. h. 149.

XXXIV.

Diximus in th. 32. privileg. saltem personale competere etiam mulieri putativa, imo & sponsæ, per l. 22. §. f. sol. matr. §. l. 17. §. cum l. seq. de reb. aut. jud. Verum, cum jura mulierum Jure Novo pinguiora facta sint, per d. const. in l. 12. C. qui pot. in pign. dubitatur, num etiam ad illas quoque d. Nova constitutio extendenda sit? Stricte quidem ^{an nova}
 si velimus loqui, hoc negandum videtur: Imperator enim ^{constit. in}
 in dicta constitutione hypothecam legalem concessit ^{l. 12. qui}
^{pot. in}
 saltem ^{pign. exten}

denda ad saltem uxori ratione dotis, putativa autem uxor, quæ scilicet uxores putativo. & sponsas?

justam se uxorem putat, cum non sit justa, in casibus lege non exceptis uxoris nomine non venit. *vid. l. un. ff. und. vir & ux. l. 1. §. fin. ff. pro dot. &* cum illa matrimonium contractum non censetur: siquidem ubi injustum matrimonium, ibi nulla uxor, nulla dos intelligitur. §. 12. *f. de nupt. l. 3. ff. de f. dot.* Ergo nec privilegiaria hæc constitutio ad illam extendenda. Nam privilegia in legibus exorbitantibus (qualis est *d. l. 12.* quia proprie ab orbita, h. e. communi & lata via juris divertit) non sunt amplianda. Georg. Frantzk. *ad ff. tit. de Legib. num. 57. & seq.* neque ob identitatem rationis. *c. 9. x. de privil. clement. 1. de cons. exaction. l. 1. §. 2. ff. de const. P. P. §. 6. f. de f. N. G. C. ibig. Arn. Vinn. n. 3. l. 14. ff. de leg. privilegiorum enim virtus sive efficacia, inquit Frantzk. *d. l. num. 58.* non omnino & essentialiter in ratione, sed potius in voluntate concedentis posita est. *vid. l. 27. ad fin. C. de testam.* Et eadem etiam responderi possunt ad sponsam: cum nec hæc ante sacerdotalem benedictionem proprie uxor, & res ipsius in dotem data proprie dos dicatur. *l. 20. C. de donat. ant. nupt. l. 3. ff. de f. dot.* recte ergo etiam privilegium dotis cessabit: non entis enim nullæ sunt qualitates. *l. 22. ff. quand. dies leg.* Bened. Carpzov. *f. F. p. 2. c. 24. def. 5.* ubi hisce formalibus refert præjud. *Die weil ihr aber dennoch selbstem berichtet / daß eurer Tochter Bräutigam vor der Prießterlichen Copulation, und also vor vollzogener Ehe / verstorben / etc. So hat sich auch eure Tochter in des Bräutigams Gütern einiges Juris tacite hypothecæ nicht zu erfreuen. Restringit quidem hoc Dn. Hahn. ad Wesf. tit. in quib. caus. pign. vel hypoth. tac. ad sponsam de futuro. Verum, quod idem dicendum**

cendum sit de sponsa de presenti, nō est quod dubito Spon-
 salia siquidem de presenti non sunt verum matrimonium. ^{an Sponsa-}
 Vacillat quidem in hac quaestione Dn. Bened. Carpzov. p. m. ^{lia de pr e-}
 & mox hanc, mox illam amplectitur sententiam; sed ^{senti sine}
 J. C. def. 130. & 134. recte Negativam defendit ubi sponsa- ^{verum}
 lia de presenti a matrimonio differre docet (1.) ^{matrim.} *denomina-*
tionem, quod omnibus patet. (2.) *definitione*: sponsalia e-
 nim sunt promissio l. 1. ff. de Sponsal. at non matrimonium.
vid. S. 1. J. de patr. potest. (3.) *causa efficiente*: in matrimo-
 nio enim requiritur consensus matrimonialis, in sponsali-
 bus saltem sponsalitiis. (4.) *Subjecto*: nam intra tempus
 luctus sponsalia contrahi possunt, non vero matrimonium.
l. 10. S. 1. ff. de his qui not. inf. (5.) *forma & sine*: sponsalia fi-
 unt, ut obligentur partes ad matrimonium contrahen-
 dam; matrimonium vero est vinculum indissolubile sobo-
 lis procreandæ gratia, (6.) *Effectu*: per sponsalia vinculum
 fit inter sponsum & sponsam; per matrimoniū vero ipsum
 jus corporis statim transfertur. Unde l. a causa Effic. argu-
 mentor: ubicunque non est affectio conjugalis & consen-
 sus matrimonialis, ibi non est verum matrimonium; At-
 qui in sponsalibus de presenti talis non est: Sponsalia e-
 nim contrahentes consentiunt tantum ut sponsus & spon-
 sa, & ut fiant conjuges; matrimonium vero contrahen-
 tes ut vir & uxor, & ut jus corporis sui transferatur, quod
 hodie demum fit in ipsa sacerdotali benedictione, uti pa-
 tet ex ipsa formula benedictionis, qua sacerdos interro-
 gat: *Wolt ihr sie zu eurem ehelichen Gemahl haben?*
 non vero *habt ihr sie genommen.* Conf. elegant. Henr.
 Brouvver. de Jur. Connub. l. 2. c. 27. per tot. imprim. n. 17.
 II. a forma: ubicunq; non est vinculum animorum indisso-
 lubile

lubile sobolis procreandæ gratia constitutum, ibi non est verum matrimonium; Atqui in de sponsalibus non est vinculum indissolubile sobolis procreandæ, sed matrimonii contrahendi gratia, quia teste experientia non solum maritaliosa desertione vel adulterio, uti matrimonium, sed etiam ob inimicitias & alias ob causas dissolvuntur, uti docent Magnif. Dn. D. Christoph. Philip. *Nichter* / p. 1. dec. 8. n. 9. & 13. Carpzov. *J. C. d. l. 2. def. 176. & seqq.* Sua sponte inde sequitur, quod nec ad sponsam de præsentis d. nova constitut. *in l. 12.* pertineat: cum nec illa uxoris nomine proprie veniat. Stat ergo, quod uxori putativæ & sponsæ, sive de futuro sive de præsentis jus tacitæ hypothecæ non competat, sed privilegium saltem personale. *arg. l. 27. C. de testam.*

XXXV.

Verum enim vero licet hoc per dictas rationes juris ita recte defendi possit, ad mentem tamen Imper. Justiniani si respiciamus, certe vix ac ne vix quidem ipsis privilegium tacitæ hypothecæ denegare possumus: siquidem illa ipsa ratio, quæ in uxore proprie sic dicta Justin. movit, obrinet etiam in putativa & sponsa, favor. scil. dotis propter Reipubl. interesse. *l. 17. §. 1. l. 18. ff. de reb. aut. jud.* Respondent quidem Dd. hanc ipsam solam rationem non movisse Imperat. sed periculum partus, & obsequium maritis præstandum. *d. l. 12. C. qui pot. in pign.* Quod verum quidem est; sed videamus etiam rationem *in Nov. 97. c. 3.* (ex quo c. privilegium *d. l. 12.* confirmari antea *tb. 32.* dixim.) allegatam, ubi Imp. *ad fin.* ita loquitur: *infirmitatem namque muliebris nature satis novimus &c.* Quæ ratio certe generalis est, & de uxore putativa & sponsa æque intelligi potest,

potest, ac de uxore proprie sic dicta. Deinde, si dictas rationes *in d. l. 12.* penitius consideramus, sunt magis causæ impulsivæ & positivæ (quibus cessantibus, non statim, *uti vulgo traditur*, cessat ipsa dispositio) quam finales & naturales: alias enim mulieres steriles vel improles hoc privilegio nunquam gauderent, contra mentem tamen Imperatoris, uti elegant. docet Dn. Hahn. *ad Wes. tit. de privileg. cred. n. 5.* add. Reinhard. Bachov. *ad Tr. d. 1b. 7. lit. b. vers. Et in matrim. putativo, Et vers. etiam in sponsa.*

XXXVI.

Ita autem hoc prælationis privilegium mulieribus competit ut nihil intersit, licet res, *ut Imperat. loquitur*, dotales non amplius extent, sed quocunque modo vel dissipatæ vel consumptæ sint, modo re ipsa fuerint parti mariti datæ. *d. l. 12. s. 1. C. qui pot. in pign.* Requiritur ergo ut re ipsa, id est, actualiter dotem annumeraverint: promissa enim non sufficit. Henric. Newenhan / *de Jur. Et priv. viduit. membr. 3. sect. 8. p. 72.* Debet igitur mulier, si hoc prælationis privilegio uti vult, probare, dotem realiter esse illatam, ad cujus tamen probationem non sufficit ipsa confessio mariti: hujus enim confessio sibi saltem ejusque hereditibus præjudicat, non v. creditoribus *l. 2. C. de dot. caut. nonnum.* & merito pro suspecta habetur. Dn. Ben. Carpz. *J. F. p. 1. c. 28. d. 72.* & *in def. 74.* Subjungit præjud. Dnn. Scab. ita conceptum: P. P. So ist Sie für allen Dingen etc. Weil Sie nicht mit des Mannes Erben / sondern mit den Creditoribus zuthun hat / solches ihr einbringen anderer Gestalt / dann durch des Mannes Quittung / und wie recht / entweder durch gerichtlichen Schein / oder Zeugen

*Ratione
hujus privilegii prælationis
nihil interest, seu res adhuc extet sive consumpta sit.
Requir. autem ut actualiter annumeretur.*

dar zuthun und zuerweisen schuldig De dote confessionata
 plura dicere superfedeo. Eleganter illam examinat per
 ampliat. & limitationes laudat. Carpzov. d. c. 28. def. 73. &
 seqq. & in Tr. de Jur. fam. dec. 5. pos. 6. Dionys. Gothofr.
 in not. ad d. l. 12. §. 1. lit. x. Dn. Hahn. ad Wes. d. n. 5. Hoc sal-
 tem ex Carpz. addo: quod mariti confessio proficua omni-
 no mulieribus sit, si nec reliqui creditores fortiori docu-
 mento debiti numerationem probare possint: in hoc enim
 casu, quia mulieris & reliquorum creditorum eadem est
 ratio, merito mulier tanquam favorabilior, præferatur. arg.
 l. 70. ff. de Jur. dot. l. 1. ff. sol. matr. add. Andr. Gail. libr. 2.
 obs. 81. n. 2. & seqq. Hinc ita sententiam pronunciarunt Dn.
 Scab. Lips. Es were dann / daß die andern Creditores ihre
 Forderung und würckliches darlegen anderer Gestalt auch
 nicht / als durch des Schuldners Bekantnuß und Hand-
 schrift erweisen und beylegen möchten; Auff den Fall hette
 sich bemelte enre Pflegfrau des juris prælationis auch auff
 vorgelegte ihres Mannes blosse Quittung zuerwehren /
 D. N. W. apud Carpz. d. l. def. 76.

XXXVII.

Præferri autem aliis creditoribus (inquit Imper.) in
 hypothecis tunc censemus, cum ipsa mulier de dote sua
 experiatur, *cujus solius* providentia hoc induximus, in S.
 29. J. de aed. & in Nov. 91. in fin. aliis enim omnibus præter
 mulierem, hujusmodi privilegia, neque ex antiquo dedi-
 mus, neque nunc damus. Patet inde (1.) hoc privilegium
 personalissimum esse, nec ad heredes transire, per l. 196. de R.
 J. l. 12. cum l. seq. ff. sol. matr. ac in terminis terminantibus
 respondet Imper. in Nov. 91. pr. Ad heredes dico, sed in-
 tellige extraneos; quorum nomine hic omnes veniunt,
 exce-

Est hoc
 privileg.
 persona. is.

exceptis liberis. Et quamvis liberi quoque respectu ha-
 bito ad heredes suos, matri pro extraneis habeantur. *§. J. ad liberos*
de hered. qual. & diff. attamen propter summam conjun- *tamen*
 ctionem non prorsus extraneorum loco, sed ex jure san- *transit per*
 guinis ad instar suorum habendi sunt. Hinc est, quod *spec. con-*
 liberi tam patris quam matris, tam avi paterni quam ma- *cessi.*
 terni hereditatem non aditam, & que sicut sui, ad posteros
 suos transmittant. *l. un. C. de his qui ant. apert. tab. her.* Un-
 de etiam Imp. noster Justinianus, Legislator æquissimus
 discretissime hanc ipsam, quam matribus dedit prærogati-
 vam ad liberos extendit *in d. l. 12. §. 1. vers. exceptis. C. qui*
pot. in pign. & d. Nov. 91. in med. pr. Arn. Vinn. ad d. §. 29.
J. de act. n. 5. Ex quibus textibus recte inferri potest, hoc i-
 pso, quod hoc privilegium prælationis ad heredes trans-
 it, regulam communem: privilegia scil. personalia ad he-
 redem non transire, *d. l. 196. ff. de R. J.* non inverti: ad li-
 beros enim transit non *qua simpliciter heredes*, & jure he-
 reditario; sed *qua liberos heredes*, quatenus scil. Imperat.
 hoc ipsis propter jus sanguinis materni specialiter conces-
 sit. vid. Bachov. *d. th. 7. lit. b. vers. hoc privileg. etiam mulie-*
rum liberis. & lit. d. in fin. & ex eo Carpov. *p. 1. c. 28. def. 06.*
 Georg. Frantzk. *lib. 1. res. 14. n. 52.* ubi argumenta Dissent.
 Ant. Fabri, (*Jcti alias acutissimi ingenii ac judicii, quo enco-*
mio ipsum dignatur laud. Carpov. J. F. in præfat. lib. 8. con-
iect. 13. eleganter examinant, illaque ad nihilum redigunt.
 Diverſa itaq; sunt jus, scil. privilegii, heredibus concessum,
 & jus in heredes transitorium. Nec novum in jure nostro
 est, ut privilegia parentibus indulta, & sic personalia, etiam
 liberis concedantur: Sic Professorum privilegia, quamvis

An mulieres hoc privilegium ascendentibus cedere possint?

personalia sint, tamen ex iis quædam ad uxores & liberos extenduntur. *l. 6. C. de profess. & Med.* Item, privilegia Clericis de immunitate concessa ad uxores quoq; & liberos eorundem porriguntur. *l. 2. §. 4. C. de Episc. & Cler.* Annon ergo mulieres hoc privileg. prælationis heredibus suis ascendentibus vel collateralibus, quos modo *extraneos* vocavimus, cedere possunt? quod ex præcedentibus facillime Negatur. Hinc illud axioma: quod non est ad heredes transmissibile etiam non est cessibile, *per l. 42. ff. de admin. & peric. tur. ibiq; Dd. l. 19. §. 1. ff. de reb. auct. jud. Moller. lib. 1. semestr. 15. n. 5. Carpzov. d. c. 28. def. 95. n. 6. Frantzk. d. resol. 14. n. 7.* ubi tamen n. 50. hoc ita intelligendum esse ait, quod privilegium cedi non possit, ut post mortem demum cedentis allegetur; sed huic restrictioni contrariatur generalis rationis *in d. l. 42.* subjectæ, ubi generaliter dicitur, ideo privilegium pupillo concessum procuratorem in rem suam, vel ejus heredem non habere, quia personæ, quæ meruit favorem, non causæ succurritur; Immo loquitur *d. l. 42.* de tali quoque casu, quo privilegium ante mortem cedentis allegari posset: affirmat n. Jctus, quod tutori, qui procurator in rem suam factus, hoc privilegium denegetur; quomodo autem procurator in rem suam diceretur, nisi a pupillo constitutus fuisset? Conf. Matth. Berlich. *p. 1. concl. 65. n. 108.* Hæc tamen, quæ diximus de heredibus ascendentibus & extraneis, restringunt Carpzov, *d. c. 28. def. 99. & de jur. fæm. dec. 5. pos. 5. n. 30.* & Matth. Berlich. *d. concl. 65. n. 111.* ad solum prælationis privilegium; ipsam vero tacitam hypothecam tanquam jus reale ad heredem transire, docent. Prætereundem autem hic non est, quod hoc prælationis privilegium ad eos tan-

tantum liberos porrectum sit, qui ex eodem matrimonio, ex quo dos petitur, procreati sunt *d. l. 12. §. 1. vers. exceptis*. Hinc denegatur hoc privilegium liberis, quos uxor ex alio habuit marito, hi enim nihil juris habent in rebus prioris mariti, contra quas scilicet hoc privilegium *d. vers. exceptis. matrim. ex ibi: contra paternos res &c.* concessum est.

Datur tantum liberis, qui ex eodem matrim. ex quo dos petitur, nascuntur.

XXXVIII.

Patet (2.) hoc privilegium hypothecæ qualificatæ mulieribus competere saltem ratione dotis: Ita enim *inquit Imp. in d. §. 29. f. de act. cum ipsa mulier de dote sua experiatur*. Cessat igitur in bonis paraphernalibus. *d. l. 12. Andr. Gail. 2. obs. 92. n. 2.* non tamen in his quoque prorsus legum beneficio destitutæ sunt: datur enim ipsis horum intuitu in bonis maritorum, quamvis non hypotheca qualificata, tamen simplex. *l. fin. C. de pact. convent. l. 29. C. de jur. dot. cujus vigore chirographariis & hypothecariis, sive tacitam sive expressam posteriorem habentibus præferuntur, propter reg. in hac mater. tritiss.* qui prior est tempore, potior est jure. Joach Myns. *cent. 5. obs. 4. n. 3.* ubi attestatur, hoc ipsum Summum Imperii Tribunal practicasse. Matth. Berlich. *d. concl. 65. n. 63. & seqq.* Carpzov. *d. c. 28. def. 86.* Cum autem bona paraphernalia dupliciter accipiantur, vel late pro omnibus mulieris bonis, quæ extra dotem haber sive marito dederit, sive non, in quibus de Jure civile uxore prohibente maritus plane nihil juris haber *l. 8. C. de pact. convent.* Johan. Ruding. *observ. Jur. Camer. & Sax. cent. 2. obs. 12. n. 9.* vel *strictè*, pro iis tantum bonis, quæ marito extra dotem tradidit, exclusis istis, quæ sibi referavit, *l. fin. C. d. t.* alias bona recepticia dicuntur, de quibus

2. Competit hoc privileg. pralat. tantum rat. dotis, quid in bonis paraphernalibus.

vid.

vid. Joach. Wibel. *de contr. nup. cap. 3. §. 8. n. 29.* Quæritur ergo, an hic in lata, an vero ^{stricta} ~~parva~~ ^{significatione} accipiantur? Quod ^{stricte} pro iis scil. quæ extra dotem maritus accepit, accipienda sunt, ipsa suadet ratio, quia in his tantummodo maritus habet administrationem. *vid. d. l. fin.* Et in dubio bona mulieris non dotalia, sed paraphernalia censentur, *secundum Dd. commun. sententiam.* Georg. Frantzk. *lib. 2. resol. 5. n. 76.* Jac. Menoch. *l. 3. pref. 8. add. Dn. D. Struv. Exerc. 30. tb. 6.* dotis enim constitutio facti est. *l. 1. C. de dot. caut. non num.* & propterea non præsumitur, sed probanda erit. *l. 12. §. 2. ff. de capt. & post. revers. l. 3. §. fin. de publ. in rem act.* Anton. Fab. *in C. lib. 5. tit. 7. def. 18. n. 2.* Andr. Gail. *2. obs. 82.* & dos sine matrimonio esse nequit. *§. 12. f. de Nupt. l. 3. l. 48. ff. de f. dot. l. fin. C. de donat. aut. nupt. l. 24. C. de nupt.* matrimonium vero sine dote subsistere potest. *l. fin. C. de repud.* de dotis probatione videri potest Bened. Carpzov. *f. R. p. 2. c. 16. def. 11. & p. 1. c. 28. def. 87.* ubi etiam docet, sub verbo *Heyraths Gut* non bona paraphernalia, sed dotalia saltem intelligi, quia id, quod moris est, observatum esse censetur, *per l. 31. ff. de adil. edict.* Hinc ita pronunciarunt Dnn. Scabin. Lips. *Ob gleich unter dem Wort Heyraths Gut allein das Ehe Geld und nicht die paraphernalien oder was die Frau sonstem ihrem Mann zubracht / zu verstehen.*

XXXIX.

*Quid in
munerib.
nuptial.*

An vero munera nuptialia, quæ vulgo *Hochzeit-Geschende* & Saxonibus infer. *Brauttassel-Gelden* vocantur, dotis nomine veniant, querere lubet? Si expresse in dotem sunt data, res caret dubio: Si vero simpliciter saltem tempore nuptiarum marito data sunt, aliud dicendum

dum videtur, per regulam: quia bona mulieris in dubio para-
 raphernalia non dotalia censentur, *uti in tb. preced. dist.*
 Sed hoc non obstante, nihilominus ea dotalia cenferi, &
 conseq. ratione illorum mulieri privilegium hypothecæ
 qualificatæ competere putamus, quia prædicta regula ces-
 sat, si conjecturis probari possit, bona dotis causa data esse.
arg. l. 9. ff. de jur. dot. quam conjecturam hic inducit sola
 mentio nuptiarum, & postea tempus contracti matrimo-
 nii. Ant. Faber. *d. def. 18.* & ex eo Carpzov. *d. c. 28. def. 88.* Et
 hæc procedunt, si nuptiæ impensis mulieris factæ sint.
 Quæriur autem, si utriusq; & sponsi & sponsæ factæ sunt?
 Hoc in casu cujus conjugum lucro munera cedant, jam du-
 dum controversum fuit, & Bartol. *in lib. 10. S. 5. ff. de vulg.*
Et pup. subst. n. 4. distinctionem fecit inter dona amicorum
 cognatorumque sponsi & sponsæ, & sponsi amicorum
 dona sponso; sponsæ vero amicorum dona sponsæ cedere
 statuit; Verum quid respondet Barthol. ad dona extraneo-
 rum, qui nullius conjugum cognati sunt? Rectius ergo
 Dn. Carpz. hic ad intentionem donantium respiciendum
 esse, qui cum procul dubio tam sponso quam sponsæ dona
 offerant, recte de hinc utrisque bona communia, ac inter
 eos dividenda esse existimat *per l. 10. ff. de donat. J. F. p. 3. c.*
22. d. 1. quam sententiam etiam æquissimam judicat Dn.
 Hahn. *ad Wesf. tit. de Jur. dot. n. 11. ad fin.* ex quo apparet,
 quod & hoc in casu mulier ratione partis suæ dimidiæ pri-
 vilegium prælationis habeat. Carpzov. *J. F. p. 1. c. 28. def. 88.*
n. 4. Et seq. ubi in Scab. Lipsi. ita pronunciatum tradit: *Da*
ewers Ehemannes Gläubiger in seinen Gütern nicht ältero
re anstreuchlicher (id est propter p. 1. c. 28. Et ord. proc. Jud. tit.
43. vid. sup. tb. 33.) Verpfändung oder sonsten bessere Ge-

I

recha

rechtigkeit erlangt hetten etc. So würde euch vor denselben
emer eingebracht Guth zusampt dem halben Hochzeit Ges-
schencke / so viel ihr dessen beweisen möchtet / billich bezahlet.
V. N. W.

XL.

*Datur mu-
lieribus
Jus prala-
tionis a
tempore
promission.*

Notandum tandem ratione rerum dotis nomine ve-
nientium, quod Jus pralationis mulieribus respectu illa-
rum derur in bonis maritorum etiam a tempore promif-
sionis, id est, quamprimum hodie per benedictionem sa-
cerdotalem uxor marito copulata est vid. Bened. Carpz.
J. F. p. 2. c. 24. def. 1. Andr. Gail. 2. obf. 84. n. 3.

XLI.

*Quid in
donatio-
nibus pro
pter nupt*

In donationibus propter nuptias quoque, de quibus
*vid. §. 3. J. de donat. ibique. Comment. §. 1. 20. C. de
donat. propter nupt.* mulieres privilegiatae sunt; Non
quidem eo modo, quo ratione dotis, non scil. re-
spectu habito ad jus pralationis; sed quoad jus tacitae
hypothecae. *l. 12. §. 2. C. qui pot. in pign. & id aequissima sa-
neratione: memor enim fuit Imper. illius Ulpiani: me-
lius scil. esse favere repetitioni, quam adventitio lucro l.
41. §. 1. ff. de R. J. Joh. Schneidvv. ad §. 29. J. de act. n. 60. Se-
cus tamen est in foro Saxon. ubi pragmatica lege fanci-
tum est, ut mulier propter hanc donationem inter chi-
rographarios saltem referantur. *Ord. Proc. Judic. tit. 43. §.
So woll'n wir etc. Carpzov. d. p. 1. c. 28. def. 91. §. p. 2. c. 14.
def. 6.* Gaudent porro eodem tacitae hypothecae jure ra-
tione rerum, quas constante matrimonio per legatum,
hereditatem, fideicommissum & mortis causa donatio-
nem acceperunt, & marito (non quidem in dotem: nam
matrimonio quoque jamjam contracto mulier dotem
constituere potest *l. 20. C. de don. propter nupt.*) dederunt:*

ha

*Quid in
reb.
constante
matrimo-
nio per
leg. fidei-
commiss
&c. acqui-
sitis, &
marito
traditis.*

hæ enim ad bona paraphernalia referuntur; merito ergo etiam illorum jure gaudent, *de quo sup. ib. 38.* Hinc si istiusmodi bona paraphernalia adhuc extant, uxori præ omnibus aliis creditoribus restituenda sunt, non quidem jure prælationis, sed jure domini, quo repetens bona sua omnibus, etiam privilegiatis, antefertur. *l. 7. §. 2. ff. de pos. l. 8. C. ad exhib. Joh. Mich. Beuth. Tr. de jur. prælat. p. 1. c. 31. l. 24. §. 2. ibi vindicari ff. de reb. aut b. jud. vid. Bachov. ad Tr. v. 2. diss. 24. ib. 7. lit. b. vers. aut apud maritum deposuerit. Et lit. g. vers. ult. Carpzov. d. c. 28. def. 86. n. 7. add. ead. const. def. 13.* Idem dicimus de aliis bonis, quæ mulieres operis suis artificialibus paraverunt, & postea maritis tradiderunt. Mulieris quidem est culinæ præesse, lanam & colum tractare, aliaque munera levicula obire, ne in domo mariti vivat otiosa, ibique stet tanquam truncus, aut corpus mortuum. vid. Paul. de Castro *in l. 7. n. 10. ff. sol. matr.* Hinc ex officio quoq; marito operari tenetur. *arg. l. 48. §. 1. ff. de oper. libert. vid. Joh. Nevizan. Syll. nupt. lib. 4. n. 19.* Verum hoc de operis obsequialibus intelligendum esse, recte docent Gutierrez. *lib. 2. q. 120. n. 3. & Henr. Neuenhan / de Jur. Et priv. vid. memb. 3. sect. 18. lit. d. p. 140.* vel mutuis, quæ conjuges sibi invicem debent. *Carpzov. J. F. p. 2. c. 25. def. 15. num. 5.* Unde, si mulier aliquid ex chirurgia vel alia industria opera acquisivit, veluti si obstetricum munere functa sit (quæ scilicet curam gerit mulierum signatarum id est, prægnantium. *l. 1. ff. de ventr. insp. de qua vid. l. 9. ff. ad L. Aquil. l. 1. §. 1. Et 2. ff. de extraord. cogn. l. 2. ff. de Carb. Edict. quod officium publicum mulieribus contra l. 2. ff. de R. J. est concessum, cum foemineo judicio optime expediatur. Mart. Bencendorff. ad d. l. 2. fall. 2. m. 1. p. 2. art. pag. 106.) vel per artem feri-*

fericam aliquid lucrifecerit, hocque postea marito dedit, idem, *uti diximus*, tribuimus privilegium, ut scilicet in bonis mariti ratione horum bonorum, tanquam paraphernalium, jus tacitæ hypothecæ habeat: Jure enim communi, quicquid uxor operis suis, artificialibus scilicet, acquirit, id sibi retinet. *Garf. de Acquasf. Conjug. n. 72.*

XLII.

Quid in reb. tempore nundinarum vel discessus mulieribus donatis obviat.

Hic querere lubet, quid juris mulieres habeant in bonis, ipsis a convictoribus vel aliis hospitibus tempore vel nundinarum, zum Jahemarche / vel diei natalitii am Geburts-Tage / vel discessus zum Valet / donatis? Item in illis, quæ uxoribus tempore puerperii in Kindbette / oder in die Wochen / uti quorundam locorum consuetudinem vidi, donata sunt? Hic idem respondemus, quod supra *ib. 39.* ad intentionem scilicet donantium respiciendum esse: qui cum in nostris propositis quæstionibus æque marito, ac mulieri donare voluerint, idcirco iterum dicimus, hæc bona inter illos esse communia, ac propterea dividenda: Etenim priori in quæstione mulieri dono offeruntur respectu administrationis rerum familiarium, quia autem hæc administratio pertinet ad operas œconomicas, quas marito præstare tenetur. *atq. l. 48. ff. de oper. libert. ideoque donantes ad maritum quoque respexisse dicendum est. Munera siquidem uxori intuitu mariti ejusque operarum donata censentur. arg. auth. in donatione C. de sec. nupt. Joh. Garz. de conjug. acq. n. 2. add. Dn. Carpzov. 7. F. p. 3. c. 25. def. 14. n. 4. ubi sententiam Dnn. Scab. hisce refert formal. Es wird aber der Wittben / wosern sie zu ihrem einbringen kiefet / alles das jenige / so sie an baarem Geld etc. ihr auch zur Danckbarkeit in Erwegung und Ansehung*

hung ihres Mannes geleisteten Dienste und Mühwäl-
 tung geschendt worden / billich entrichtet und ausgeantwor-
 tet / **V. N. W.** Similiter se res habet in quaestione pos-
 teriori: dona n. puerperæ offeruntur in signum benevo-
 lentia: atque læticia ob partum recenter natum, & eo ipso
 etiam ad maritum respiciunt, adeoque utrique conju-
 gum, secundum mentem donantium donatum censetur.
 Ex quibus jam sua sponte sequitur, quo jure uxores ratio-
 ne horum bonorum gaudeant: Nimirum quia illorum
 dimidia pars mulierum fit propria, & bonis illarum annu-
 meratur paraphernalibus, si scil. maritis dederint, conse-
 quenter etiam respectu dimidia: partis in bonis mariti jus
 tacita hypotheca habent. Nec aliud dicendum puto, *Quid in*
 ratione rerum, quas maritus uxori die nativitatæ Christi *rebus*
 donat, was der Mann der Frauen zum heiligen Christ oder *die nati-*
 Neuen Jahre schenket: cum hanc donationem universa *vitatis*
 Germaniæ observantia approbet, teste Ben. Carpz. *Christi do-*
natis.
J. F. P.
2. c. 13. d. 20. tunc a. hoc in casu, sicut & in præcedentibus,
 idem dicendum puto, si uxor ratione harum rerum dona-
 tarum administrationem marito concesserit: alias n. perti-
 nent non ad res uxoris paraphernales, (in quibus saltem
 hoc jus tacita hypotheca locum habet. *lib. 29. C. de J. dot.*)
 sed receptitias, quas uxor sibi soli reservat, & in quibus
 maritus nullum plane sibi vindicat jus.

XLIII.

Pergimus ad alia mulieribus faventia jura; Et qui- *facilius*
 dem primo, quæ ipsis circa beneficium restitutionis in in- *datur mu-*
 tegrum competunt. Notum enim est, mulieribus jura *lieribus*
 præ aliis succurrere solere. Sebast. Medices. *Tr. de conserv.*
benefici-
um restit.
in integr.
ob
13

ob solum sexum non restituantur, cæteris tamen paribus
 facilius restituantur, quam masculi. Andr. Tiraquell. *Tr.
 de Leg. Connub. lib. 1. n. 27.* Sfort. Oddus, *Tr. de restitut. in in-
 tegr. p. 1. quæst. 10. art. 6. n. 35.* Judices igitur, ut faciles sint in
 infringendis mulierum contractibus, quia facilius quam
 viri decipiuntur, monet Joach. Wicel. *de contr. mul. §. 7.
 n. 312.* vid. Pantſchmann. *lib. 2. quæst. 5.* Hinc levior quo-
 que ex metu in integrum restituantur: metus enim ex af-
 fectu & qualitate patientis æstimandus est. *l. 3. ff. ex quib.
 caus. maj. in integr.* Matth. Wesenb. *ad C. tit. quæ vi met.
 caus. n. 6.* natura autem fœminæ timidiore sunt maribus.
 Matth. Wesenb. *ad ff. tit. quod met. caus. n. 3.* Andr. Gail.
2. obs. 93. n. 19. Hinc mulier, si vi metuye mariti sui contrahat
 vel intercedat, aut semet suaque bona obliget, nihil agit,
 ac obligatio ista pro non facta habetur, *per l. 1. §. 21. §. 3.
 ff. quod met. caus.* Unde etiam, si probei mariti minas &
 verbera præcessisse, ei non nocet, quod emptorem sollici-
 tavit, ut secum contraheret, quia credendum est potius
 per vim & metum id fecisse, quam animo contrahendi,
 uti coram Sabaudia Senatu contigisse testatur Ant. Faber.
in C. lib. 4. tit. 21. def. 23. Hinc etiam quamvis metus reve-
 rentialis non sufficiat ad rescindenda sponsalia, *per l. 22. ff.
 de R. N. ibique Hothofr. lit. t. Gail. d. obs. 93. n. 22.* attamen,
 annon audienda sit filia, quæ queritur se nimia erga pa-
 trem reverentia inductam sponſalibus consensisse, jam
 autem quia animus abhorret, non posse consentire futuris
 nuptiis, prudentiæ Judicis committendum recte putat
 Henric. Brouvver. *de Jur. Connub. lib. 1. cap. 17. num. 16.* in-
 primis, si ex tenellæ virginis juniore ætate imbecilli cor-
 poris

poris aspectu, iudicii que infirmitate; patris ex adverso omnibus nota austeritate & impotenti animo, forte appareat, filiam nimia reverentia ita se subjecisse patri, ut repugnante animo, verbis tantum nuptias promiserit. *arg. l. 1. §. 5. & 6. ff. quar. rer. act. non detur. Brouv. d. l.*

XLIV.

Melior deinde etiam est conditio mulierum, quam masculorum, in eo, quod in quibusdam casibus ipsis jus ignorare permissum sit. *l. 9. ff. l. fin. C. de Jur. & fact. ign. busdam in casibus jus ignorare.*
 Hinc mulieres tum demum incesti poenam incurrunt, si incestum jure Gent. prohibitum admiserint: nam si sola juris nostri observatio interveniet, ab incesti crimine excusantur. *l. 38. §. 2. ff. ad L. Jul. de adulter.* Magnif. Dn. D. Christoph. Phil. Richter / *p. 1. dec. 1. n. 25. in fin.* Johan. Harpprecht. *ad §. 1. 7. de Nupt. n. 16.* Et neque in Scutum Turpillian. incidunt, si desistant ab accusatione invalida. *l. 1. §. 10. ff. ad Sc. Turpill.* neque legata amittunt ob juris ignorantiam, si sibi aliquid adscripterint. *l. 15. §. 5. ff. ad L. Cornel. de fals.* unde etiam, licet domus vel fundus illius, qui in eo monetam adulterinam per incuriam & negligentiam formari passus est, fisco vindicetur. *l. 1. C. de fals. mon. arg. iii. Const. Carolin.* mulieres tamen, licet falsam monetam in suis fundis per negligentiam cudi patiantur, eos tamen non admittunt. *d. l. 1. C. de fals. mon.* Dn. Richter / *d. dec. 1. n. 30. ubi n. seq.* docet exinde etiam quosdam Dd. inferre, quod licet nemini rem suam propria auctoritate, quamvis errore ducto, occupare liceat, quin poenam *l. 7. C. und. vi* incurrat, mulieres tamen, quæ sibi licere putantes id faciant, a poena excusentur. plures casus, in quibus mulieribus jus ignorare permissum est, vid. *in l. 1. §. fin.*

fin. ff. de edend. l. 2. §. fin. ff. de jur. fisc. l. 22. §. 2. ff. sol. matr. l. 23. ff. ad Sct. Vellej. l. 8. §. 2. ff. qui satisd. cog.

XLV.

privileg. ratione donat. et ga liberos. Privilegiatæ etiam sunt mulieres ratione donationis. Possunt enim liberis suis omnibus indistincte, res tam mobiles quam immobiles, efficaciter donare. *l. 3. C. de donat. revoc. donat.* quod tamen secus est in maritis, qui, si filiis suis in familiæ sacris adhuc constitutis aliquid donaverint, regulariter donatio ipso jure nulla est. *l. 11. C. de donat. l. 25. C. de donat. int. vir. & ux. l. 13. C. de colla. Matth. Wesenb. ad ff. tit. de donat. n. 4. Andr. Gail. 2. obs. 38. n. 1. & seqq.* pater enim & filius pro una eademque reputantur persona. *l. fin. C. de imp. & aliar. subst. §. 4. l. de inut. stipul.* Hinc si pater filiosam donat per promissionem, ideo donatio nulla est, quia pater sui ipsius esset debitor, quod tamen esse non potest: inter patrem enim & filium nulla subsistit efficax obligatio. *l. 50. ff. ad Sct. Treb. l. 31. §. 2. ff. de donat.* Ant. Faber. *de Error. pragm. dec. 41. err. 2. & 3. & ex eo Carpzov. J. F. p. 2. c. 12. d. 22. n. 3.* si vero per traditionem, ideo inutilis atque manca est, quia pater sibi ipsi donaret: nam quicquid filius a patre, vel ex rebus ipsius acquirit, id cedit peculio profectitio, & conseq. patri, quia hoc pleno jure patri acquiritur. *§. 1. l. per quas person. cuiq. acqu. l. 79. ff. de acquir. vel omitt. hered. l. 10. ff. de A.R.D. vid. Dn. D. Georg. Ad. Strub. Ex. 40. th. 17.* quia a. hæ prædictæ rationes in sexu foemineo cessant, merito ipsis liberis suis hanc donandi potestatem attribuimus. *arg. l. 32. ff. ad L. Aquil. l. 6. §. 2. ff. de jur. patron.* Imo hoc jus mulierum singulare fulget textu expresso in *Nov. 117. c. 1. ubi Imperat. ita scribit: sancimus igitur licentiam esse matri & avia,*
ali-

aliisq; parentibus &c. filio vel filia &c. donare. Putat quidem Joh. Vaudus *l. 8. quest. iur. c. 4. in fin.* per *d. Nov.* etiam Parentibus sexus masculini hanc donandi facultatem concessam esse; Verum contra mentem Imperatoris: non enim verbum, parentibus, ibi simpliciter captandum, & secundum *l. 51. ff. de V. S. l. 10. §. 5. de in jus voc.* intelligendum, sed potius ex antecedentibus & consequentibus interpretandum est de parentibus foeminini generis: loquitur enim textus de filiofam. a matre aut extraneo, non vero a patre, herede instituto. Deinde confirmatur hæc interpretatio doctrinalis per vulgatum illud *Dd.* Lex posterior generalis non abrogat legem priorem specialem: specialiter siquidem in *l. 11. C. de donat. l. 25. C. de donat. int. vir. & ux.* constitutum est, quod pater filiofam. donare nequeat, non ergo tacite & generaliter has leges Imperatorem abrogare voluisse, præsumendum est. Henr. Bocer. *Tr. de donat. c. 3. num. 5.* quemque refert & sequitur Carpzov. *d. p. 2. c. 12. def. 23.*

XLVI.

§. II.

Non immerito insuper mulieres gloriari possunt ratione beneficij alimentorum, quo gaudent in iis tam præstandis, quam repetendis. Mulieres enim tum demum liberos suos alere tenentur, si pater sit inops, aut mortuus, aut liberi alias non habeant, unde vitam vivere possint. *l. 5. §. 2. & 4. l. 8. ff. de agnosc. & al. lib. aut b. si pater C. de divort. Matth. Wefenb. ad ff. tit. de agnosc. & al. n. 4. Bened. Carpz. J. F. p. 2. c. 10. def. 19. & 21. n. 5. Magnif. Dn. D. Strube| Exerc. 30. tb. 75.* Imo, si quid patre divite superstite hoc nomine præstiterit, actione negot. gestor. repetere potest. *d.*

K 15.

74.
l. 5. §. 14. ff. de agnosc. Et al. lib. & nec defendere velle
sententiam Didac. Covarruv. in epit. sponsal. p. 2. cap. 8. §. 6.
n. 13. Matth. Coler. p. 3. dec. 176. n. 9. Johan. Nevizan. sylv.
nupt. n. 26. p. 335. aliorumque statuentium, matrem ad
alimentorum subministracionem per triennium obstri-
ctam esse, l. 9. C. de patr. potest. Hanc enim legem de ali-
mentis lactis intelligendam, recte docet Ben. Carpz. J. F. p.
4. c. 27. def. 6. n. 4. in Pract. Cr. p. 2. q. 68. Et in Tr. Jur. fam.
sing. dec. ult. pos. 8. num. 15. quia infantes quondam ante tri-
ennium non solebant mamma depelli, ut loquitur Go-
thofr. ad d. l. 9. lit. n. Si tamen mater aliquid alimentorum
nomine expenderit, ab ipso marito repetere potest. vid.
Henric. Neuenhahn / de Jur. Et privit. vid. sect. 21. p. 170. non
autem a liberis eorumve heredibus: intuitu etiam pietatis,
& ex affectione materna hoc fecisse præsumitur. l. n. C. de
N. G. quæ tamen præsumtio pietatis fallit (1.) si mater
statim in principio protestata sit, se non donandi, sed repe-
tendi animo filium alere. l. 34. ff. de N. G. Reinh. Bachov.
ad Tr. v. 1. d. 10. th. 3. lit. b. ad fin. (2.) si mater librum rati-
onum confecerit: eo ipso enim animum declarat, quod
velit repetere. d. l. 34. ad fin. quia non verbis solum, sed
ipso facto etiam voluntas declaratur. Andr. Tiraq. de no-
bilit. cap. 6. n. 9. vers. ex quo notat. Bened. Carpz. d. c. 10.
def. 22. Et seq. (3.) si bona ac negotia liberorum admini-
straverit, & fructus perceperit: tunc enim de fructibus,
non de substantia sua, per fortiorem præsumptionem ali-
menta suppeditasse creditur. laud. Carpzov. Tr. de Jur.
fam. dec. 2. pos. 7. num. 24. Hisce igitur modis eliditur præ-
dicta affectionis maternæ præsumtio add. Dn. D. Strub.
Ex. 7. th. 54. Hinc (quod obiter notand.) patet, quod, si
ma-

mater filio propria bona non habenti. vid. Dn. Carpov.
J. F. p. 3. c. 11. def. 19. simpliciter sumptus studiorum causa,
 vel ad consequendum titulum Doctoratus, Notarii, Ma- ^{An Mater}
 gistri, vel ad emendos libros præstiterit, illos ab eo repe- ^{a filio}
 re non valeat. *arg. d. l. 11. C. de N. G.* imo hos sumtus nec ^{sumptus}
 conferre filius teneatur. *l. 1. §. 16. ff. de collat. l. 50. ff. famil.* ^{studiorum}
erisc. arg. d. l. 11. Magnif. Dn. D. Christoph. Phil. Richter. ^{repetere}
ad autb. Habita. C. ne fil. pro patr. disp. 5. p. 86. n. 7. Nobiliss. ^{possit?}
 Dn. Præses in elegant. *Tract. de privilegiis Studiosor. cap. 7.*
n. 9. Conrad. Olemann. ad Hub. Giphan. de antinom. Jur.
Civ. disp. 1. n. 36. & seq. Bened. Carpov. d. c. 11. def. 17. ubi
 tria addit præjudicia, quorum ultimum ita conceptum:
 p. p. Diejenigen Untkosten aber / so aufs Studiren gewendet
 worden / möget ihe in gemeine Erbschafft zu conferiren / bes
 ständiger Weise nicht angehalten werden / **V. N. W.** adeo,
 ut nihil intersit, licet mater hos sumptus uni ex filiis ex
 communibus bonis post mortem patris ministraverit,
 docente Matth. Berlich. *decis. 8. num. 3.* & ex eo Magnif.
 Dn. D. **Struv.** *Ex. 37. §. b. 29.* Limitat quidem hoc Dn. Carpov.
d. c. 11. def. 20. nisi mater vel alius, qui sumptus suppeditat,
 eos in libello peculiari consignaverit, cui tamen optimis
 rationibus dicam scribit Magnific. Dn. D. Christ. Philip.
 Richter / in d. elegantiss. *Tr. ad autb. Habita. d. p. 86.* quem se-
 quitur Magnif. Dn. D. **Struv.** *d. l.*

XLVII.

Superbire quoque possunt mulieres ob privilegium ^{Privileg.}
 ratione tutela liberorum concessum. Singulari enim fa- ^{tutela.}
 vore mater 25. annis major & Avia ad tutelam liberorum
 ex Nov. dispositione admittuntur. *Nov. 118. c. 5. & exinde*
desumpta Autb. Matri & Avia. C. quand. mul. tut. off. voca-
 tur

tur alias a Dd. tutela materna, legitima & quidem extraordinaria seu irregularis; It. singularis & anomala. Bencendorff. *ad l. 2. ff. de R. J. p. 967.* Legitima dicitur, non quod cœtera essent illegitima, sed *uall' s' Foxiv*, quia immediate ex lege descendit, nec factum hominis desiderat: ex lege dico, & quidem ab Imper. Justiniano demum lata, quæ est *d. Nov. 118. c. 5.* Reinh. Bachov. *ad Tr. v. 2. d. 8. th. 3. lit. e.* Huic quidem resistere videtur. *l. 6. ibi: si ea legitima liberorum tutela suscepta & c. C. ad SCr. Tertull.* ex qua apparet, hanc tutelam etiam ante legem Justiniani, & sic de Jure Cod. fuisse legitimam; Verum si *d. l. 6.* secundum analogiam Juris explicamus, aliud omnino dicendum erit: Jure enim Digestorum matri tutela non immediate ex sola lege defertur, sed illam specialiter a Principe impetrare debet *l. fin. ff. de tutel.* quod Jure Cod. non mutarum. *l. 2. C. quand. mul. tut. off.* Ubi in princ. dicitur: *matres, quæ amissis viris & c. tutelam postulant.* & in med. *ut mulier, si ætate major, tunc demum petenda tutela jus habeat & c.* ex quibus patet, quod jure quoque Cod. hæc tutela sit dativa, non vero legitima: nam si matri immediate a lege permetteretur, superflue peteret a Principe. *arg. l. un. C. de reb. auct. Respondeo ergo ad d. l. 6.* quod ibi vocab. *legitima*, intelligendum sit non ratione causæ Efficientis, sed ratione modi constituendi tutelam, quatenus scilicet opponitur tutelæ non testamentariæ, sed illegitimæ, quæ nempe non secundum modum *in d. l. 2.* expressum, est suscepta, quam interpretationem doctrinalem confirmat. *l. 6. C. in quib. caus. pign. tac. const.* ubi eodem modo hoc vocab. explicatur, quæque lex cum *d. l. 6. C. ad SCr. Tertull.* ejusdem authoris refert nomen. Maximo autem privi-

*Aut tutela
materna
legitima
dicitur
de iure
Cod. an
Novell.*

privilegio mater & avia in hac gaudent tutela (1.) propter
 jus praelationis: aliis enim tutoribus, legitimis & dativis,
 licet magis idoneis, praeferuntur. *d. N. 118. c. 5. & d. autb.* non
 tamen testamentariis, quos scil. pater testamento consti-
 tuit, nam voluntatem & electionem defuncti Imperator
 ob libertatem ultimarum voluntatum matri praeferri vo-
 luit. *de autb. matri & avia C. quand. mul. tut.* Ben. Carpov. *ceptis te-*
J. F. p. 2. c. 11. def. 11. in fin. Diximus matrem praeferri legiti-
 mis, quod intellectum volumus de tutoribus legitimis col-
 lateralibus, non vero ascendentibus. *per d. Nov. c. 5. ibi: hoc*
enim servantes, omnibus a laicis cognatis proponuntur. Ma-
 gnif. Dn. D. *Struv.* *Ex. 31. lb. 26* ex quo textu apparet, Im-
 peratorem nostrum Jus Codicis, quo omnes legitimi, tam
 in linea recta quam collateralis, matri aviaq; praeferuntur.
l. 2. l. 3. C. qu. mul. tut. off. non in totum mutare voluisse, quia
 hanc Novell. constituit, expresse restringit ad legitimos a
 latere junctos; ex quo sequitur, quod jus Codicis quoad
 ascendentes in suo maneat vigore. Et quamvis *in d. c. 5.*
& d. autb. exprimitur particula, solis; haec tamen nihil
 in contrarium facit; dictiones enim taxativae casus simi-
 les, vel similem aut majorem rationem habentes non ex-
 cludunt, *per text. in clem. ex vi de par. adiso. vers. cum a. de*
V. S. arg. l. 1. §. ff. si mens. fals. l. 12. C. de praed. min. l. 1. §. 2.
ff. si is, qui test. lib. Joh. Rudinger. *observ. 13. cent. 1. n. 2.* Dn.
 D. Richter. *Tr. de adv. verb. signific. adv. 21. solum lit. S.* At in
 ascendentibus major militat ratio, quam in testamen-
 tariis: major enim praesumptio affectionis est in avo pa-
 terno, quam in tutoribus testamentariis Reinh. Bachov.
ad Tr. v. 2. d. 8. lb. 3. lit. d. ubi etiam ad Bartoli, Baldi, alio-
 rumque Dd. *in d. autb.* rationem a successione desum-

i.
 Praefertur
 mater in
 hac tutel.
 omnibus
 aliis tuto-
 ribus. Ex-
 ceptis tes-
 tamenta-
 riis.

ptam, eleganter responder. consentit Bened. Carpov. *d. cap. 11. def. 13.* cujus tamen subjectæ rationes alio plane tendunt, & ad eum casum faciunt, pupillus in patris sui mortui potestate fuerit, de hoc tamen dubitare frustraneum esset. Matri autem aviaque ita concessa liberorum tutela, ut ab ea nec patris nuda prohibitione excludi possint. Hier. Treutl. *v. 2. d. 8. tb. 3. lit. a.* Wilhelm. Ludwel. *Exerc. 3. tb. 4. lit. d.* nam in *d. Nov. 118. c. 5.* copulative requiritur: & patris voluntas & eiusdem electio: quandoque autem duo copulative requiruntur, non sufficit unum tantum intervenire. *l. 5. ff. de condit. instit. l. 5. ff. de C. & demonstr.* Dn. D. Richter / *laud. tract. lit. c. adv. copulative 46.* Deinde principiis juris repugnaret, si hoc beneficium matri ipso jure quæsitum, a marito nuda prohibitione auferri posset. *l. 11. ff. d. R. 7.* Carpov. *de jur. famin. dec. 2. pos. 1. n. 20. & seq. ad d.* Bachov. alias dissent. *d. tb. 3. lit. a. vers. an maritus testam. ubi in fin. ita scribit: Plana se evidencia rei matri patrocinetur, eam admitti posse concesserim haud inditus.* Plurimum (2) privilegii habent

In matris
est arbitrio, an
tutelam
suscipere
velit.

mater & Avia ratione arbitrii: in illarum enim stat arbitrio, an hanc tutelam suscipere velint, nec ne *Nov. 94. c. 1. & d. Nov. 118. cap. 5. vers. bis enim solis.* Henr. Rosenthal. *synops. jur. feud. cap. 12. concl. 10. num. 23.* Paul. Christianæ. *decis. Belg. 195. n. 4.* Ludvv. *d. l. Joh. Schneidevv. ad pr. 1. qui test. tut. dar. n. 10.* unde a Dd. vocatur voluntaria, per *l. 1. C. qu. mul. tut. off.* Item permissiva. Ant. Faber. *in C. lib. 5. tit. 21. def. 1. num. 4.* quod tamen secus est in reliquis tutoribus, qui regulariter etiam inviti ad tutelæ administrationem, tanquam munus publicum. *pr. 1. de excus. tut. l. 2. §. 2. ff. qui pet. tut.* Vid. Arn. Vinn. *ibid.* compelluntur. *l. fin. pr. C. de ad-*

admin. tut. Præterea (3.) maximam singularitatem hoc
 tutela privilegium habet in eo, quod matri concedatur,
 etiamsi liberorum suorum creditrix vel debetrix existat,
d. N. 94. pr. & cap. 1. Joach. Wibel. d. Tr. c. 3. §. 5. n. 11. p. 85. in
 quo iterum maxime discrepat ab aliis: ob hanc enim qua-
 litatem regulariter alias nemo ad tutelam admittitur. *Nov. 62. c. 4. & 5. Auth. minoris debitor. C. qui dar. tut. vel cur. Carpzov. d. c. 11. def. 17. Ludvvel. d. Ex. 3. th. 6. lit. d. Requiritur tamen, si mater vel avia hanc tutelam suscipere velit, ut (x.) futuris renunciet nuptiis, d. Nov. 118. c. 5. quod olim mediante juramento fieri necessum erat. l. 2. C. quand. men. i. fumul. off. tut. sed a Justin. remissum. Nov. 94. c. 2. auth. futuris nuptiarum. C. d. t. Dixi nuptiis futuris non secundis: nam quomodo mater naturalis secundis potest renunciare nuptiis, cum nondum primas habuerit? quæ tamen etiam liberorum suorum naturalium tutrix esse potest. l. 5. C. d. t. atque nuptiis primis renunciare debet. Nov. 22. cap. 40. ad fin. Etenim hæc renunciatio non in odium secundarum nuptiarum, sed potius in favorem liberorum requiritur: nam illa non impedit facultatem matrimonii contrahendi, sed hoc tantum operatur, ut mater postmodum ab hac tutela repellatur. Vid. Dn. Wolffg. Adam Lauterbach, in disput. de Tutor. Honorar. th. 16. (2.) 2. SCto Scto Vellej. & quidem inter gesta, uti dicitur in d. Nov. 118. Vellej. c. 5. id est, coram actis Judicii. Bened. Carpzov. d. c. 11. def. 14. n. 5. Conf. Martin. Benckendorff. ad l. 2. ff. de R. 7. p. 962. & aliquot seqq. non tamen mater ab hujus tutelæ recuperatione excludi potest, si quasi nuptura eam deposuerit, postea autem non nupserit Joach. Mynf. cent. 3. observ. 83. Joh. Harpprecht. ad pr. l. qui rest. tut. dar. n. 16. quamvis
 spon-*

3.
 Nihil ob-
 est, etiam
 si mater
 debetrix
 vel credi-
 trix sit.

Debet ta-
 men i. fu-
 turis nu-
 ptiis re-
 nunciare.

sponsalia celebraverit: nuptiis enim non contractis demum ab ea depellitur. *aut sacramentum. C. quoad. mul. tut. off. Nov. 94. c. 2. Wilh. Ludvv. de ex e 3. tb. 4. lit. d. Ben. Carpoz. saepe laud. Tr. de Jur. femin. dec. 2. pos. 1. n. 42.* Notandum autem est, legem deferre hanc tutelam matri & aviæ secundum ordinem, ita ut primo matri, tanquam gradu proximæ, & postmodum aviæ, & propter generalitatem textus, tam maternæ quam paternæ deferatur. *d. aut b. Matri C. d. 1. utraque autem post fatum matris concurrente, neutra præfertur, sed pariter ad tutelæ administrationem admittendæ sunt. arg. l. 9. ff. de leg. tut. § d. Nov. 118. c. 5. junct. cap. 2.* Matris vero appellatio hic stricte & proprie accipitur, nec comprehendit novercam, amitam, materteram, vel similes personas, quæ etiam quidem matris nomine veniunt, sed improprie. *§. 7. 1. de nupt. l. 39. ff. de R. N. neque sub appellatione aviæ continetur proavia. arg. d. Nov. c. 5.*

XLVIII.

Privileg.
succes-
sionis.

Neque otiosus fuit Imper. noster circa partes mulierum ratione successionis. In conjugum quidem successione ante omnia ponderanda sunt pacta dotalia, vel testamenta inter illos confecta; his vero deficientibus primarium sibi vendicat locum consuetudo aut statuta loci. Et si neque pacta dotalia, neque consuetudo aut statuta loci aliquid singulare de hac successione disponant, Atylum est Nov. constitut. Justiniana. Hieron. Treutl. v. 2. d. 16. tb. 6. lit. b. Ben. Carpoz. *J. F. p. 3. c. 20. def. 1. Dn. Strub. Ex. 38. tb. 39.* Favorabiliter autem Imp. in Nov. 53. c. 6. pr. ita inquit: *videmus quosdam coherentes mulieribus indotatis, deinde morientes, & filios quidem ex lege vocatos ad pater-*

mans

nam hereditatem, mulieres autem licet decies millies in statu legitime conjugis manserint, attamen eo quod non sit facta neque dos neq. antenuptialis donatio, nihil habere valentes, sed in novissima viventes inopia, &c. Voluit nimir. Justin. sexui femineo & hoc quoque casu succurrere, ut si quis per affectum solum & sine dotalibus acceperit uxorem & usque ad mortem cum ea vivens, pramoriatur locuples, uxor vero laboret inopia, tunc uxor tribus vel paucioribus liberis, sive ex ea, sive ex alio matrimonio natis, existentibus, ad quartam totius hereditatis admittatur; quatuor vero vel pluribus liberis viventibus, ad partem virilem, id est, quantam quisque liberorum accipit; ita tamen, ut ejusdem matrimonii liberis proprietatem suae partis servet, illaque utatur saltem jure usufructus; his vero non extantibus, vel si nullos habuerit, & concurrat saltem cum ascendentibus vel collateralibus, potietur etiam dominio. *Nov. 117. cap. 5. & ex hac desumpta auct. praeterea. C. und. vir. & ux. Joh. Schneidevy. ad pr. J. de her. qua ab int. def. sub. rubr. de success. int. vir. & ux. n. 14. ibique. Joh. Harpprecht. n. 480. Matth. Wesenb. ad ff. tit. und. vir. & ux. n. 3. Dn. D. Georg. Adam Struv. d. Ex. 38. th. 38. Ben. Carpzov. d. c. 20. def. 15. Abrogatum quidem hoc esse per Nov. Leonis. 106, notat Gothofr. ad d. Nov. 117. c. 5. ubi uxori hujus portionis dominium adjudicatur, deque illo, ut pro lubitu statuat, conceditur, modo liberis salvam retineat facidiam; Verum dubito, an d. Nov. 117. c. 5, per d. Nov. Leon. 106. derogatum sit. Novellae enim Leonis moribus nostris ad causarum decisionem nihil habent auctoritatis. Cujac. 17. obs. 31 quin ne Leonis quidem aetate unquam obtinuisse videtur, notat ipse Gothofr. ad Nov. Leon.*

Uxor in ops ad quartam hereditatis partem admitti debet.

An Nov. Leon. ad causar. decisionem alleg. poss. Leon.

L

Leon. proem. lit. b. & quatenus hæ Novell. in æquitate & ratione fundantur, eatenus multum illis tribuitur, sanctioni tamen nihil. *Christ. Besold. dissert. de libr. jur. civ. c. 9.* *Conr. Rittershus. ad Nov. in proem. c. 2. n. 26.* Cur autem Imp. uxoribus tantum paupertate pressis subvenire voluerit, ejus duplicem affert rationem in *Nov. 53. c. 6. §. 2.* quarum primam hisce exprimit verbis: *nam si aliu- de forsan habeat &c. non erit iustum gravare filios per successionem; & alteram in d. §. ut &c. & inopia conjugis per divitias salvetur alterius.* Nam magna etiam afficeretur injuria maritus locuples, si post mortem ejus oporteret uxorem mendicare. *Carpzov. de Jur. fæm. decad. 8. pos. 4. n. 11.* Quicquid autem uxori a marito per legatum relinquitur, illud in hanc quartam imputare debet. *d. auth. præterea. C. und. vir & ux.* cujus rationem vide sis apud *Reinh. Bachov. ad Tr. v. 2. d. 16. th. 6. tit. d. vers. imo amplius.* non tamen maritus uxori inopi hanc portionem ultima voluntate auferre vel minuere potest. *Andr. Gail. z. obs. 119. Math. Wesemb. d. l. ad fin.* ubi hoc commun. receptum esse asserit *Bachov. d. lit. d. in princ.* *Magnif. Dn. D. Strub. d. th. 38.* aut in fraudem illius aliquid alienare. laudat. *Dn. Strub. d. l.* An vero uxor modicam habens dotem, non tamen ad alimentationem sui sufficientem, hanc portionem petere possit, dubitare forsan licet, quia Imp. hoc beneficium concessit eo tantum in casu, ubi matrimonium indotatum. *d. auth. Præterea.* Verum ex mente Imperat. omnino affirmandum erit; nam in *d. auth. & d. Nov. 53. c. 6. §. 2.* non titulus dotis, sed qualitas ejus & sufficientia consideratur. *Ant. Perez. in C. tit. und. vir. & ux. n. 4.* *Bened. Carpz. d. dec. 8. p. 4. n. 17.*

An uxor
modicam
habens
dotem ad
quartam
admitta-
tur.

Elegans insuper privilegium habent mulieres ab Imper. Constantino in *l. un. C. quand. Imp. int. pup. vid. vel al. mis. person.* ubi illius, quod pupillis, aliisque miserabilibus personis indulgit, viduas quoque participes fecit. Concessit namq. ibi viduis duplex privilegium: primo, ut citatæ ad curiam principis possint ob sumtus & alias molestias atque vexationes eam cognitionem deprecari ac declinare; secundo, ut adversarios suos convenientes, possint statim in prima instantia, omisso iudice inferiori, auditorium sive curiam Principis adire Matth. Wesenb. in *C. d. t. Erasm. Ungepaur. in comm. ad lib. 2. Decretal. tit. 2. n. 32. Georg. Frantzk. in comm. ad ff. tit. de Judic. n. 60. Conf. Henr. Nemenhan. de Jur. & priv. viduit. sect. s. p. 99.* quod posterius privilegium certe multas præscindit expensas alias ob litium diuturnitatem erogandas. Et æquissime viduis hoc privilegium concessum, cum sint personæ miserabiles, & in SS. scriptura Principium fidei solcite commendatæ. Erasm. Ungep. *d. l. Docent* quidem Andr. Gail. *1. obs. 1. n. 40. Tobias Paurmeist. 2. de jurisdict. 4. n. 97. & 99. c. 8. n. 92. Herm. Vultej. add. t. C. quand. Imper. int. n. 20.* hodie in Camera viduis aliisque personis miserabilibus non decerni processus intermedio iudice omisso, nisi in casu denegatæ & protractæ iustitiæ: quia hodie per pactum speciale ipsi Principes & Status Imperii de harum causis cognoscunt. add. Georg. Obrecht *de jurisdict. lib. 2. c. 18. Hillig. ad Donell. lib. 17. c. 20. lit. D.* Veruntamen ad Statuum & Principum Imperii summa Tribunalia eas adhuc immediate confugere posse, attestatur practicarum rerum scientissimus, Benedict.

Carpzov. *lib. 2. Resp. Elect. 19.* Et hoc privilegium, si persona illustres inter se litigent, vel quando vidua privata aliquam ex personis beneficio Austregarum gaudentibus convenire intendat, excludere beneficium Austregarum tradit. Georg. Schubhard. *de Austreg. Imper. cap. 9. p. 1. n. 11. & seqq.* ubi addit, ita causam Margarethæ de Schönburg matris viduæ contra Ditericum filium rejectis exceptionibus Austregarum in Camera acceptatam fuisse, *Mens. Jan. Anno 83.* add. laudat Carpzov. *d. resp. 19. n. 27. & seqq.* Expressum autem est in *d. l. un. C. quand. extendatur ad virgines?* Imp. & c. verbum viduæ, quod, quia in jure varie accipitur, dubitandi ansam præbuit: utrum virgines quoque hoc primæ instantiæ beneficio gaudeant? Ex Labeone refert quidem Jctus Javolenus, non solum eam dici viduam, quæ aliquando nupta fuisset sed & eam quoque, quæ virum nondum habuisset, in *l. 242. §. 3. ff. de V. S. & generaliter pro qualibet muliere non impubere vacante accipi, docet Joh. Rebhan. in Hodeg. Jur. cl. 2. clim. 2. parall. ult. p. 870.* add. Joh. Nevizan. *syto. nupt. lib. 6. n. 30. p. 857.* Et ita generaliter sumi in *d. l. un.* statuunt Jul. Pacius in *Anal. Cod. ad d. tit. ibig. Bartol. n. 5. Hillig. in Donell. d. l. p. 17. c. 20. lit. b.* aliique plurimi; Verum vix ac ne vix quidem existimamus, Imper. in *d. l. un.* viduam in generaliiori hoc significatu accepisse: Voluit enim tantum personis fortunæ injuria miserabilibus, quidam viduas æquiparavit, succurrere; Notum autem est, viduam proprie & specialiter vocari illam, quæ marito est spoliata (vidua enim dicitur a Viro, aut potius a ve & iduo, id est, morte a marito separata. Christian Becman. *de Orig. Lat. Ling. verb. Idus p. 543.*) *S. 4. l. de publ. jud. l. 22. ff. de ann. legat. l. 6. S. 1. ff. ad L. Jul.*

An d. l. un.
extendatur
ad vir-
gines?

L. Jul. de adult. Andr. Gail. *d. obs. 1. n. 24.* multisque hominum injuriis exposita. Bened. Carpzov. *de Jur. fam. dec. 9. p. 6. n. 27.* Vix itaque ad virgines *d. l. un.* extendi poterit: neque loquitur JCrus in *in d. l. 242. §. 3.* tam de nominis viduæ proprietate, quam ejus interpretatione seu notatione laud. Carpz. *d. l. n. 26.* Meretrices quoque, quamvis sint personæ miserabiles, ac propterea meretricem ad pudicitiam convertentem & ducentem, rem DEO gratam facere dicatur, secund. *c. fin. & pen. 32. q. 1.* Conf. Dn. Carpz. *l. 4. Respōs. 99.* Erasmi. Ungep. *Ex. Just. 3. quæst. 9. in Neg. Petr. Heig. p. 1. quæst. 21. n. 16.* Imper. tamen eas ab hoc privilegio voluisse exclusas, putamus cum Georg. Schubhard. *d. c. 9. n. 17.* Carpzov. *d. pos. 6. ad fin.* non enim luxuriantibus, sed caste viventibus beneficium datur. *Nov. 18. c. 5. fere in fin.* Notand. tandem est, quod ratione viduarum hic nihil interst, sive pauperes sint sive divites. Henr. Newenhan. *d. sect. 5. p. 100.* generaliter enim & indistincte loquitur *d. l. un.* Dn. Johann. Georg. Nicolai. *in Process. Judic. c. 28. n. 2.* & causa movens Imper. Constant. fuit conditio viduitatis, non divitiæ. Gail. *d. l. n. 40.* ut enim, inquit Carpzov. *d. pos. 6. n. 30.* satis est alimentorum & expensarum viduis divitibus, nihilominus tamen & illæ hominum injuriis expositæ, adeoque commiseratione procul dubio dignæ, ac consequ. privilegio Constantini comprehensæ.

L.

Non minoris pretii cum priore habendum est & illud privilegium, quod mulieribus de non incarcerando est indulgum. Ob causas enim civiles & pecuniarias, seu debita nullam mulierem carceri includendam prohibuit.

L 3

Justi-

Justinianus in N. 134. c. 9. unde desumpta. *Auth. sed hodie. C. de offic. divers. jud. & auth. hodie C. de cust. reor.* Andr. Gail. 2. obs. 90. n. 3. Frid. Pruckmann. ad l. 9. ff. de stat. hom. p. 2. art. 5. Matth. Wesenb. ad ff. tit. de cession. bon. n. 3. in fin. quod Dd. comm. ita interpretantur, ut idem dicendum sit, licet mulier speciali pacto ad carcerem se obligaverit. Matth. Berlich. p. 2. concl. 27. n. 12. Matth. Coler. de proceff. exec. p. 1. c. 6. n. 109. Ant. Hering. de fidejuss. c. 17. n. 77. Dan. Moller. ad p. 2. c. 21. num. 8. quos refert & sequitur Bened. Carpzov. J. F. p. 2. c. 21. def. 8. & Joach Wibel. de contr. mul. c. 3. §. 6. n. 49. idque ob periculum pudicitiae, quod subit in loco aliquo solitario constricta. laud. Dd. Limitant quidem hoc privilegium in muliere turpice, quam ob debitum pupillare incarcerari posse, docent Gail. d. l. n. 4. Boërius decis. 349. n. 11. Joh. Ruding. cent. 5. observ. 54. n. 9. Petr. Peck. de Jur. sistend. c. 5. n. 14. quod tamen forsan de consuetudine, vix autem de Jure Justiniano affirmari poterit, propter d. Nov. 134. c. 9. Sed quamvis hoc privilegium de non incarcerando sint munitae, non tamen eo ipso beneficium cessionis bonorum amittunt: bonis enim cedere possunt tam masculi, quam foeminae. l. 7. C. qui bon. ced. poss. & haec cessio inventa est non solum ob liberationem a carcere. l. 1. l. fin. C. d. t. l. 2. C. de exact. trib. verum etiam, ut post cessionem bona acquisita debitores sibi licet creditoribus adhuc teneantur. vid. Magnif. Dn. D. Strub. Ex. 44. obs. 29. & seq. Wesenb. d. l. n. 6. acquirant. vid. l. 4. l. 6. l. 7. ff. de cession. bon. non tamen mulieres ad carceris inclusionem evitandam bonis cedere tenentur, quia alias privilegium d. Nov. 134. c. 9. ipsis inutile & elusorium redderetur. Reinh. Bachov. ad Tr. n. 3. disp. 24. th. 4. lit. C.

Habent
etiam mu-
lieres be-
neficiam
cessionis
bonor.

LI. Ma-

Maxime præterea mulieres sibi gratulari possunt ob participationem dignitatis maritorum. Uxor enim nobilitate & radiis fulget mariti *l. pen. in med. ibi: & sentiat eius fulgorem. C. de nupt. illiusque honoris sequela & pars est. Georg. Schönborner. 1. pol. 6. p. 41. Et mulieres, inquit. Imp. honore maritorum erigimus, genere nobilitamus, in l. 13. C. de dignit. Maritus itaque Nobilis, si uxorem duxerit plebejam, illam omnium jurium ac privilegiorum, quibus mulieres natura nobilis gaudent, participem reddit. Bened. Carpzov. *J. F. p. 3. c. 37. d. 2. Conf. Henric. Newenhan, de iur. & priv. vid. sect. 4. p. 94. & seq. & denominationem quoque uxor ab officio mariti sortitur. Mart. Benckendorff, ad l. 2. ff. de R. J. fall. 1. m. 3. p. 2. art. 1. n. 3. Hinc enim Doctor ducens mulierem plebejam, illam etiam nobilem privilegiisque suis coruscantem reddit, per d. l. 13. C. de dignit. Nov. 22. c. 36. Doctores enim non solum nuda appellatione Nobilibus annumerantur, sed & ipsorum reapse gaudent privilegiis. l. 7. C. de postul. vid. Halbritter. in Orat. de privileg. Dd. p. 333. Andr. Tiraquell. de Nobilitat. c. 5. d. c. 8. n. 68. Jac. Benius. de Privileg. J. Ctor. p. 3. priv. 56. elegant. Joh. Harpprecht. ad s. ult. J. de Jure person. num. 11. & seqq. Imo in Reecessibus Imperii aliquoties Equitibus Auratis annumerantur, paribusque privilegiis cum illis expresse donantur. Sic in Rec. Imperii zu Augspurg de Anno 1500. tit. Von Überflüssigkeit der Kleis der dicitur: Die von Adel / so nicht Ritter oder Doctores sind / sollen kein Gold / noch Perlen öffentlich tragen. Vn. Joh. Otto Tabor. in Armament. Justin. cap. 3. th. 20. vid. Ord. Camer. de anno 1555. p. 1. c. 43. Rec. Imp. zu Eßln. de Anno**

Privileg.
honoris
maris.

Doctores
sunt nobi-
les.

Anno 1512. S. Item sollen / & Recess. Imp. zu Speyer. de Anno 1570. S. weiter nach dem &c. ad Assessorum Camerae cum Nobilibus admittuntur, Ord. Camer. p. 1. tit. 47. ibi: cinem Doctor / Licentiaten oder Edelmann 500 fl. possunt etiam insignia Nobilium, Wappen mit offenen Helm / sine speciali Imperatoris permisso assumere; modo non alterius certae familiae sint propria Chassan in Catal. Gl. mun. p. 1. consid. 38. Josias Nolden. de Nobilit. c. 5. n. 38. Dn. Tabor. d. l. 1b. 12. Magnif. Dn. D. Richter ab auth. habit. C. ne fil. per patr. disp. 5. p. 93. Harpprecht. d. l. n. 62. Confer. Recess. Imper. zu Augspurg. de An. 1548. & Rec. zu Franckfurt. de Anno 1577. ubi ratione habitus Doctoribus, eorum uxoribus liberisque majora Nobilibus sunt concessa privilegia. vid. laudat. Harpprecht. d. l. n. 60. Hinc beneficio quoque de non torquendo gaudent, uti Dd. comm. docent. Henr. Bocer. de quest. § Torr. c. 4. n. 51. § seqq. Wesenb. ad ff. tit. de question. n. 10. Joh. Zang. de quest. § Torr. c. 1. n. 72. § seq. Ant. Gomez. var. resol. tom. 3. c. 13. n. 3. Coler. de process. Exec. p. 2. c. 3. n. 176. Bened. Carpzov. Pract. Crim. p. 3. quest. 118. n. 8. § seqq. aliique quos refert & sequitur Joh. Harppr. ad S. ult. f. de Jur. pers. n. 29. Hic occasione hujus materiae querere lubet; an etiam Licentiatum eorumque uxoribus eadem cum Doctoribus & eorum uxoribus, libera facultas vestimenta, ornamenta, aureas catenas annulosque gestandi in dd. Recess. Imper. concessa sit? quod de Licentiatum titulatis & solenniter promotis parum habet dubii; Hi enim communi Interpp. voto & consuetudine generali Doctorum gaudent immunitatibus & privilegiis, maxime in favorabilibus. Rutger. Ruland. de Commissar. lib. 1. c. 14. n. sup. Guid. Papæ dec. 390. Matth.

An Licentiatum eorumque uxores eadem cum Doctoribus & eorum uxoribus, libera facultas vestimenta, ornamenta, aureas catenas annulosque gestandi in dd. Recess. Imper. concessa sit? quod de Licentiatum titulatis & solenniter promotis parum habet dubii; Hi enim communi Interpp. voto & consuetudine generali Doctorum gaudent immunitatibus & privilegiis, maxime in favorabilibus. Rutger. Ruland. de Commissar. lib. 1. c. 14. n. sup. Guid. Papæ dec. 390. Matth.

Matth. Stephan. *de Jurisdic. l. 1. p. 2. c. 14. n. 08.* Nolden. *d. c. 5. tb. 27.* Joh. Limnæus *lib. 8. Jur. Publ. c. 8. n. 41. & seqq.* Dn. D. Richter. *de adverb. signif. adv. 16. odiose.* De Licentiatibus vero, quos nonnulli Candidatos vocant, ut videre est apud Dn. J. O. Tabor. *tr. de Metat. & Epidem. p. 3. sect. 2. cap. 2. art. 2. tb. 5. p. 201.* qui scilicet decenti prævio examine a Collegio Jctorum licentiam ad Doctorandum impetrant, & insignia tantum aliqua ex causa omittunt atque differunt, dubitare licet per ea, quæ tradit Stephan. *d. l. n. 16.* ubi ita scribit: *Illud ultimo loco de Licentiatibus addendum, quod ad consequendum titulum & gradum Licentiatibus non sufficit examinatum quem esse & publice disputasse, ad id, ut fruatur omnibus privilegiis Doctoribus competentibus; nisi aliter in Academia quadam receptum sit, & usu conservetur.* add. Walther. *de Stat. & Jur. Doct. c. 20. §. 146. p. 97.* Ritter. *de Homag. c. 5. n. 46.* Verum hos, cum Doctores effici meruerint, licet ipsis insignia, quæ qualitatem potius extrinsecam, quam rei præ se ferunt essentiam, collata non sint, Doctorum tamen immunitatibus & privilegiis gaudere, docet Angelus *in §. quadam 19. f. de act. quem sequuntur plurimi, allegati ab Anton. Gabriel in tit. de major. & obed. concl. un. Bolognet. in l. cum quid. n. 31. ff. sic cert. pet. Jac. Benjus de priv. Jctor. p. 2. n. 11. arg. l. pen. ff. de test. mil.* Hinc in Camera quoque pariter cum Doctoribus pro Assessoribus habentur idoneis *p. 1. tit. 3. §. 2. deßgleichen Thom. Lans. de Academ. p. 73. Dan. Otto, de Jur. publ. c. 19. p. 469. Joh. Ruding. cent. 1. obs. 60. n. 1. & seq.* Poterunt ergo tales Licentiatibus cum uxoribus liberisque suis, eodem quo Doctores eorumque uxores incedere habitu.

*Capaces
sunt mulieres mari-
torum hono-
ris ipsi-
quoque
mortuis.*

Nec tantum maritis viventibus mulieres eorum dignitatis atque honoris sunt capaces, verum etiam ipsi mortuis. Vidua enim mariti defuncti dignitatem retinet, ita, ut & a dignitate officioque a marito gesto nomen fortiatur; veluti si Rex vel Comes fuerit, illa in viduitate etiam Regina vel Comitissa dicitur. Barthol. *in l. fin. C. de V. S. n. 2.* Valent. Förster, *de success. ab intest. lib. 7. c. 12. n. 5. Et c. 15. cas. 3.* Benekend. *d. fall. 1. m. 1. p. 2. art. 1. n. 22. p. 85. Et p. 163.* vel si Nobilis aut Doctor fuerit, illa post mortem quoque nobilem se jactare potuerit. Tiraquell. *de nobil. c. 18. n. 38.* Vidua enim censetur esse de familia & domiciliis mariti, atque adhuc in primo matrimonio vivere reputatur. *l. fin. C. de bon. matern.* Ben. Carpov. *J. F. p. 4. c. 27. def. 4. n. 7.* Henr. Newenhan. *d. tr. memb. 3. sect. 15. p. 139.* Reinold. Curicke *de privileg. c. 3. p. 43.* maritique jura ac dignitatem retinet. *l. 22. §. 1. ff. ad municip. l. 8. ff. de Senator. Nov. 22. c. 36.* Henr. a Rosenthal. *Synt. Jur. feud. c. 10. concl. 27. n. 6.* Carpov. *d. p. 4. c. 21. def. 11. n. 6.* Jura inquam, mariti retinet; sed duntaxat, quæ competunt ratione dignitatis: juribus enim ac privilegiis maritis ratione officii & professionis competentibus viduæ non gaudent. post Bart. & Cyn. Carpov. *d. l. n. fin.* ubi hisce formalibus subjicit præjudicium: *Ob nun gleich die geistliche Personen befreyet seyn; so haben doch ihre Wittwen / wann sie nach ihrer Ehemänner Absterben dergleichen Häuser bewohnen wollen / solcher Freyheit / weil selbige allein den Geistlichen wegen ihres Ampts vergönnet / sich zu gebrauchen / nicht Zug / V. N. W. add. idem de Jur. fam. dec. l. pos. 5. n. 8. Et seqq. de viduis tamen Ministrorum Ecclesiæ*

no.

notand. quod cum ipsis, præprimis per annum gratiæ,
 das Gnaden-Jahr über mitius agatur. Dn. Tabor. *laud.*
Tract. de Metat. d. c. 2. art. 1. tb. 9. in fin. p. 196. add. Carpz.
J. F. p. 2. c. 5. def. u. & nonnullis in locis, uti de moribus
 Marchiæ, Pomerianæ, Ducatus Megapolitani testatur Si-
 gism. Sindelthaus | *de jur. Patron. c. 6. n. 38.* viduæ & filia
 Ecclesiæ Ministrorum singulari hoc privilegio sunt bea-
 taz, ut ambiens Parochiam vacantem non aliter ea fungi
 possit, nisi unam ex illis in uxorem duxerit, quod non abs
 causa rationabili fieri docet Carpz. *d. decad. 1. pos. 9.* Gau-
 dent tamen dignitate atque juribus maritorum, non per
 totum vitæ suæ curriculum, sed (1.) donec ad secundas i:
 convolarint nuptias. *d. Nov. 22. c. 36. d. l. 22. §. 1. ff. ad Mu-* Donec ad
nic. d. l. 8. ff. de Senat. l. ult. C. de incol. l. 10. C. de Nupt. Lu- nuptias se-
 dolph. Schrad. *de feud. d. c. 2. n. 5.* Matth. Coler. *p. 1. dec. cundas vo-*
es. Carpzov. d. p. 2. c. 5. def. 11. n. 6. Magnif. Dn. D. Rich- niant.
ter. p. 1. dec. 9. n. 3. Dn. Tabor. *d. Tr. p. 2. c. 3. tb. 10. p. 94.* tunc
 enim posterioris jura atque conditionem sortiuntur, *dd.*
ext. l. 13. C. de dignis. (2.) quamdiu castam atque hone- 2:
 stam duxerint vitam: vidua enim inhoneste vivens æqui- *Quamdiu*
 paratur viduæ ad secunda vota transeunti. *cap. uxoratus casie vix-*
de convers. conjug. ibiq. Interppr. l. 7. C. de revoc. donat. ibi- vint.
que Gothofr. lit. b. Henr. a Rosenthal, d. concl. 27. n. 50. &
 mariti defuncti dignitatem atque privilegia amittit. Ros-
 senthal. *d. l. Benekend. pag. 88. n. 24. & p. 167. n. 6.* Hyp-
 pol. de Marfil. *in l. 1. C. de rapr. virg. n. 70.* Lud. Schrader.
d. c. 2. n. 11. p. 9. quia maritum ejusque familiam dehone-
 stat. *Nov. 2. c. 3. in med. vers. optimum igitur est. Nov. 39. c.*
2. vers. & quoniam etiam hac. Bened. Carpz. in Pract. Cri-
min. p. 2. quast. 65. n. 53.

Privileg.
Justiniani
Imper. in
Nov. 117. c.
14.

Hodie
mariti li-
mites ca-
stigationis
exceden-
tes arbi-
trari puni-
untur.

Pretiosum insuper Antidotum. Imper. Justinianus præbuit mulieribus a maritis suis supra modum castigatis. Mariti enim uxores suas flagellis vel fustibus, extra causas, ob quas repudium concessum, castigantes, ipsis ex propria sua substantia, etiam constante matrimonio, quantum tertia pars antenuptialis facit largitatis, dare obstricti sunt. Nov. 117. c. 14. Imo hodie mariti, qui limites castigationis excedunt, arbitraria plectuntur pœna. Bened. Carpzov. in *Pr. Crim. p. 1. quest. 12. n. 51.* Georg. Schönborner, 1. pol. 6. p. 49. inficias quidem haud imus, maritis modicam uxorum immorigerarum castigationem permitti, juxta. l. 24. §. 5. ff. sol. matr. arg. l. 5. in fin. cum l. seq. ad L. Aquil. ibique Gloss. Decian. in *tr. crim. l. 9. c. 11. n. 14.* Gothofr. ad d. c. 14. Nov. 117. lit. c. & hanc potestatem maritis non esse invidendam, qua injuriam ab uxoribus ipsis illatam verberibus etiam repellere valent, ne vecordiae suspicionem incurrant, jureque mariti se indignos reddant inquit B. Dn. Carpzov. *Jurispr. Consist. lib. 2. tit. 12. def. 212.* maritus enim uxoris est dominus, ipsique uxor honorem atque reverentiam debet. l. 14. in fin. sol. matr. & oportet eum regimen habere domesticum, quod ita gerat, ne mariti nomen exuat, maritelli vero induat; & non semper, ut Michael Havemann. loquitur, maritus omnia sua verba sesamo, papavere ac violis vestire, sed obloquentem mulierem increpare imo increpidare ei fas est, de *Jur. Connub. lib. 3. tit. 8. §. lib. 4. tit. 4. obs. 6.* Ut tamen non nimis asperum se ostendat, raroque & non, nisi summa postulante necessitate, ad verbera descendat, svident Dd. comm. vid. Petr. Gregor. Tholos. *lib. 11. c. 4. num. 15.*
Georg.

Georg. Schönborn *d. l. p. 36. & seq.* Magnif. Dn. D. Georg. Ad. Struv. *er. de vind. privat. c. 8. n. 13.* sapientem enim omnia prius tentare, quam pugnis experiri oportet, & vile est uxorem absque causa sufficienti verberare. Decian. *d. n. 14.* Excessu autem si peccant mariti, eos hodie, *uti dicit.* pro arbitrio Judicis, uti Baravia quibusdam in locis observari testatur Henr. Brouvver. *de Jur. Connub. lib. 2. c. 29. n. 11. in fin.* vel carcere, relegatione, vel interdum etiam fustigatione puniri: docet Carpzov. *d. l.* ubi concurrentibus circumstantiis divortium quoque quoad thorum & mensam mulierem petere posse cum Joach. a Beust. *de spons. & matrim. p. 2. c. 9.* statuit. *d. quest. 12. n. 53.* & hac de re etiam tria affert præjudicia, quorum ultimum huc apprime faciens referre placuit: So wiew H.R. solcher Begünstigung wegen / wofern er derselben geständig / oder überführet / 12. Tage lang mit Gefängnis gestrafft / und ist nachmahls seinem Eheweib gnugsame caution, daß er hinführo derselben mit Vernunft beywohnen wolle / und sie nichts thätliches von ihm zu befahren habe / zubestellen schuldig / darneben ihme untersagt wird / von solchen übeln Beginnen und lascivien gegen seinem Weibe abzustehen / damit er nicht in niedrigem Fall mit gebührender / auch wohl einer Leibsstraffe belegt werde / und auffn Fall er gebühelichen caution zubestellen und auf zubringen nicht vermöchte / oder aber das Weib über vermahnen und zureden / damit nicht zufrieden seyn wolte / würde sie zu Bett und Tische von ihm abgesondert / und wäre er den. also nichts weniger dem Weibe gebührenden Unterhalt zu reichen pflichtig / in Verleibung dessen würde sie in die Güter ihres nothdürfftigen Unterhalts sich daraus ziehen /

hoben / immittiret / und dabey hülfflich beschützet. Ex quo præjudicio etiam notand. quod uxor a marito interim alii debeat, licet seorsim ab eo, *culpa scil. ipsius*, habitet add. Magnif. Dn. D. Christ. Phil. Richter p. 1. dec. 9. in fin. ubi id ipsum quoque præjud. confirmat Johan. Nevizan. *Sylv. Nupt. lib. 1. n. 38. p. 55.* Et tantum de privilegiis mulieribus in causis civilibus.

S. III.

LIV.

Memores sumus promissi nostri *sup. tb. 13.* pergimus ad privilegia; quibus mulieres in causis gaudent criminalibus; in quibus tamen proponendis ad finem properantes Laconicis limitibus sermonem nostrum includemus. Equissimo autem Judicio favorabilior reddita est causa mulierum, primum in crimine lesæ Majestatis. Notum enim est pœnam in hujus criminis reos de Jure nostro statutam esse capitalem, gladii scil. cum publicatione & confiscatione omnium bonorum, memoriæque ejus damnatione. S. 3. 1. de publ. jud. l. 5. C. ad. l. Jul. Majest. Aur. Bull. Car. IV. c. 24. Joh. Harppr. ad d. §. 3. n. 40. Christ. Befold, *dissert. de pœn. tb. 5.* Dn. D. Struv. *Ex. 48. th. 20.* Imo pro ratione circumstantiarum severius interdum statuitur mortis genus; veluti dissectio in quatuor partes, quæ vulgo dicitur *die Viertheilung* / addita forcipum candentium adustione, *das Reissen mit glühenden Zangen* / vel trahæ impositione, *die Schleiffung.* *Ordin. Crim. Car. V. art. 124.* Vid. Jul. Clar. *lib. 5. sentent. S. lesa Majestate. n. 8. vers. sed quaro.* 20. Henr. Bocer. *Tr. de Crim. les. Maj. c. 3. n. 13.* Jodoc. Damhoud. *in Prax. rer. crimin. c. 62. n. 6.* Bened. Carpz. *in Pract. Crim. p. 1. quest. 41. n. 92. & seqq.* Nec solummodo ipsi Rei; Verum etiam illorum filii (contra l. 22. C. de

C. de pœn.) hujus criminis pœnam luere debent: hie-
 nim omnium successionum atque hereditatum sunt in-
 capaces, notantur infamia, testamenti factione privan-
 tur, talesque redduntur, quibus mors solatium & vita sup-
 plicium est: quia in hisce paterni criminis exempla metu-
 untur. *d. l. 5. §. 1. C. ad L. Jul. Maj.* quo facit illud Medico-
 rum dogma: mores solent sequi temperamentum corpo-
 ris, illudque vulgatum: malum corvum, malum ovum. E-
 rasim. Roterod. *in Adag.* quæ tamen filiorum pœna, an æ-
 quitati justitiæque sit conveniens, patet huic, qui summus
 est justitiæ sacerdos, summaque Majestas. Doctores quam-
 plurimi eam vocant crudelem, eamque legi Divinæ & ve-
 ra justitiæ repugnare dicit Arn. Vinn. *ad d. S. 3. l. de publ. crim. Ma-
 jud. n. 2. per c. 14. vers. 6. lib. 2. Reg. Sc. 25. lib. 2. Chron. j. est. filios
 add. omnino Ezech. c. 18. v. 20. Deuter. 24. v. 16. Wilhelm.
 Ludv. Ex. ult. tb. 3. lit. in fin. Conf. Reinh. Bachov. ad
 Tr. v. 2. d. 32. tb. 1. lit. k. & magis factam ad terrorem, quam
 ad futuram observantiam, sentit Alciat. conf. 467. incip. in
 propof. quæst. n. 15.* Hinc Imper. Ludovicum Bavarum,
 cum fratris sui in ipsum delinquentis filios conspexisset,
 dixisse ferunt: Pater, non filii in me deliquerunt, ideoque
 non est æquum, ut alieni sceleris pœnam luant. Tri-
 them. *Chron. Duc. Bav. fol. 113.* quem refert Christ. Besold.
*d. dissert. d. l. & Imp. Marcum Antonium, cum liberis Caf-
 sii veniam a Senatu peteret, ipsum adjecisse testatur Vul-
 cat. in Cass. hanc revera non esse veniam, cum liberi non
 peccaverint referente Bachov. d. lit. k.* Verum utut sit,
 lex lara est: de qua non disputandum, sed ei potius obtem-
 perandum est: siquidem lex etiam dura observanda est,
 quia scripta est. *l. 12. §. 1. ff. qui Et a quib. man. lib.* Accedit

jus

jus Noviss. Aur. Bull. d. c. 24. ubi d. l. 5. clarissime confir-
 matur. Quamvis autem hac rigerosa poena afficiantur fi-
 lii; Notabiliter tamen excipiuntur filia: circa has enim
 mitior est sententia, illisque quotlibet numero fuerint,
 Falcidia ex bonis matris, sive testata sive intestata deces-
 serit, conceditur. d. l. 5. §. 2. *Et in d. c. 24. A. B. ibi: Ihre*
Töchtern zwar / so viel deren an der Zahl seyn werden / wol-
len wir / daß allein ein vierthel Theil / oder Falcidia, aus ih-
rer Mütterlichen Nahrung / die Mutter seye gleich mit da-
der ohne Testament verstorben / zukomme. etc. quod certe
æquissima nititur ratione: in hisce enim ob sexus infirmi-
tatem cessat præsumptio paterni, id est, hereditarii crimi-
nis. d. l. 5. §. 2. Et d. c. 24. Denn das Urtheil sol denselben
etwas milder seyn / als zu denen wir das Vertrauen haben /
daß sie / wegen Blödigkeit ihres Geschlechts / nichts für-
nehmen oder unterstehen werden. Jul. Clar. d. l. n. 10. Frid.
Pruckm. ad l. 9. de stat. bom. part. 2. pr. art. 7. n. 5. Speculat.
lib. 1. p. 3. rubr. de procurat. n. 3. ibi: Septimus in bonorum
econdemnati. Wilh. Ludw. d. lit. d. Magnif. Dn. D. Chri-
stoph. Phil. Richter. p. 1. decis. 1. n. 25. cum aliis quoque in
pœnis infligendis (in casibus scil. jure expressis. l. fin. C. de
jur. Et fact. ign. Bened. Carpz. in Pract. Crim. p. 1. q. 12. n. 15.
Et in J. F. p. 4. t. 3. d. 6. n. fin. vel quando Judicis arbitrio
supplicii dereterminatio est commissa. Idem in Tr. de Jur.
fam. dec. ult. p. 1. n. 25.) sexus imbecillitas mitigationem
mereatur. l. 6. pr. ff. ad L. Jul. pecul. l. 38. §. 7. ff. ad L. Jul. de
Adult. c. sicut 6. extr. de homicid. c. indignantur. c. 32. quæst. 6.
Matth. Wesenb. ad ff. tit. de pœn. n. 10. Vid. Andr. Tira-
quell. de leg. Connub. n. 69. Et mult. seqq. Prosp. Farinac. in
Tract. Crim. p. 3. q. 9. Jac. Novell. Tr. ad defens. c. 1. n. 84.
vers.

vers. mulieres. Dn. Joh. Otto Tabor, *in racem. anal. expos.*
art. 159. Ord. Crim. Car. V. tb. 24. p. 484. Johan. Ruding.
cent. 5. obs. 54. n. 10.

LV.

Clementiam porro Imperatoris nostri Justiniani er- *Privileg.*
 ga mulieres videmus maximam in puncto adulterii. Cum *in pœna*
 enim jure Romano (an ex lege Julia & Jure Digest. vid. Be- *adulterii.*
 ned. Carpzov. *in Pr. crim. p. 2. q. 52. n. 26. seqq.* Joh. Gœd.
ad l. 101. ff. de V. S. Helfr. Ulric. Hunn. ad Tr. v. 2. d. 32. tb. 2. q.
 27. an vero jure Codic. vid. Hug. Donell. *ad l. 18. C. de*
Transact. n. 6. Joh. Harpprecht. *ad S. 4. J. de publ. jud. n. 18.*
 Reinhard. Bachov. *ad Tr. d. Diss. 32. tb. 2. lit. d.* quibus as-
 sentitur ipse Carpzov. *J. F. p. 4. c. 22. d. 1. n. 3.* Henric. Bo-
 cer. *de adulter. c. 5. n. 74.* Arn. Vinn. *ad d. S. 4. J. de publ. jud.*)
 utrique adulterorum, tam viro quam uxori pœna statuta
 fuerit gladii. *S. 4. J. de publ. jud. l. 30. in fin. C. ad L. Jul. de*
adult. Imper. Justin. pœnam in uxoribus adulteris mitiga-
 vit, & constituit, ut virgis cœsæ in monasterium detru-
 dantur in perpetuum, nisi mariti intra biennium ipsis i-
 gnoscere & recipere eas voluerint. *Nov. 134. c. 10.* cui nata-
 les debet. *Auth. sed bodie C. ad L. Jul. de adult.* Causam
 impulsivam hujus mitigationis quidam magni nomi-
 nis Jcti consistere putant in imbecillitate & fragilitate
 sexus, ex qua facilius viris in hoc crimen sese præcipitent.
 Matth. Stephan. *in not. ad Ord. Carol. art. 120. n. 3.* Matth.
 Berlich. *p. 4. concl. 27. n. 28.* Christ. Befold. *d. dissert. de pœn.*
7b. 23. alii hanc proferunt, quod gravius in viris quam
 in fœminis hoc delictum reputetur, cum mariti uxoribus
 majore fide sint obstricti, quam hæ illis. Jod. Domhoud *in*
prax. crim. c. 89. n. 109. quo facit, quod tanto gravius vitos
 N
 puniri

puniri oporteat, quanto magis ad eos pertinet & virtute
 vincere & exemplo regere foeminas *c. 32. c. indignantur*
q. 6. Joh. Ruding. d. obs. 54. n. 10. Neutrum tamen non im-
 merito placet Dn. Carpzov. *p. m. in. P. Crim. p. 2. q. 53. n. 12.*
 § 19. Imperatorum itaque Justin. hanc ob causam vocat
 uxorium & iniquum Reinh. Bachov. *d. tb. 2. lit. e & v. 1.*
D. 2. tb. 1. lit. c. vers. ideoque in Statutis. in fin. & Gallorum
 Politicus: a Theodora Augusta ex nudo tantum favore er-
 ga sexum proprium hanc mitigationem profectam esse
 putat, *lib. 1. de Republ. c. 3. p. 26.* referente Carpz. *d. num. 15.*
 cum ipsissimo repugnet Juri divino. *Deut. 22. vers. 21. Le-*
vit. 20. vers. 10. Unde Theodor. Beza hanc mitigationem
 praeposteram clementiam vocat, qua mulieri adulteræ
 vita ad corporis simul & animæ aeternum exitium proro-
 gatur. Et Impp. Justinianum & Leonem *Nov. 32.* hoc tan-
 tum in gratiam Episcoporum, quibus jam tum summæ
 curæ fuit adulteria excusare, fecisse scribit *in tr. de Repud.*
 § *divort. p. 201. & seq.* Hinc miratur quoque Matth. We-
 senb. hanc Justiniani mitigationem, cumque eo severius
 sexum foemineum tractare debuisse dicit, quo hoc deli-
 ctum in illo turpius est, *ad d. r. de adult. n. 9.* & ab antiquis
 quoque turpius in foemina creditum est. Andr. Tiraquell.
de leg. Connub. d. 1. n. 45. Petr. Heig. *p. 2. q. 29. n. 71.* cum
 major castitas in foemina, quam in masculino requiratur.
arg. l. 1. C. de mulier. quæ serv. propr. junct. l. ult. C. comm.
de manum. Joh. Goëdd. *d. n. 4.* Unde Hippomenes IV. Rex
 Atheniensium, cum adulterum quendam cum Limone
 filia deprehenderet, eum equis discerpere, filiam vero vin-
 ctam una cum equo carceri includere, nentrique alimen-
 ta præbere jussit, unde equus actus tandem in rabiem puel-
 lam

lam vivam devoravit. *Suidas*. Et Rex Tenedius legem ad
 ulteris constituit, ut corpus utrique securi discenderetur,
 uti ex aliis refert *Tiraquell. d. tr. l. 13. gl. 1. n. 6*. Verum ut
 ut sit, laudi tamen Justiniani nihil detractum volumus,
 eumque propterea sugillare piaculum ducimus. Ex
 historicis enim compertum habemus, apud diversas gen-
 tes diversas quoque poenas hoc delictum habuisse, rarissi-
 me tamen ultimum supplicium. De Gortynensibus
 vid. *Ælian. lib. 12. de var. histor. c. 12*. De Ægyptiis, *Diodor.*
Sicul. l. 1. c. 6. de Cumæis *Plutarch. in problem. grec. q. 2*.
Henning. Arnif. tr. de Jur. Connub. c. 5. sect. 8. n. 6. De Pa-
 risiis refert *Boërius*, quod olim vir adulter sedens supera-
 sinum, facie ad caudam versa, per totam villam, uxo-
 re per capistrum trahente ducebatur, præcone ante eos
 proclamante: qui sic faciet, sic accipiet. *decis. 297. num.*
12. de Germanis vid. Tacit. de mor. German. Nicol. de
Gent. mor. Histor. de Neapolitanis Francisc. Viv. in Tract.
commun. opin. lib. 2. verb. adulteri n. 4. De Romanis au-
 tem sub libera Rep. in obscuro est, quomodo hoc deli-
 ctum puniverint. *Reinh. Bachov. d. tb. 2. lit. d*. *Henn. Ar-*
nif. d. sect. 8. n. 15. *Ludvvel. Ex. ult. tb. 4. lit. g*. Testatur ta-
 men *Augustinus lib. 5. de Civit. Dei. c. 15*. Veteres Roma-
 nos, quamvis aliqua damnatione, nunquam tamen mor-
 te foeminas adulteras multasse. *Carpzov. p. 2. q. 52. n. 13. Et*
seqq. vid. Dion. Halicarnas. lib. 2. antiq. Roman. Sueton. in
Tiber. c. 55. *Liv. lib. 10. Id. lib. 9*. Ex quo excusandum puta-
 mus Imperat. nostrum Justinianum. Cum enim ex mori-
 bus plurimarum Gentium hoc delictum propeccatillo
 saltem haberi videret, poenam gladii in foeminis, tanquam
 rigorosam, quiescere, & in iuris tantum confirmare volu-
 it. *N. 134. c. 10. Carpzov. quest. 53. n. 21. Et J. F. p. 4. c. 19.*

d. 1. idque non sine omni profus ratione: Vir enim adulter non solum marito adultera gravissimam infert injuriam, sed & familiam ejus conspurcat. l. 30. C. ad L. Jul. de adult. Bald. in l. un. C. de rapt. virg. num. 5. scilicet per falsi partus suppositionem & stirpis adulterinae illationem. Matth. Wesenb. d. l. n. 9. quod per se grave est delictum; summis enim injuriis afficit Rempubl. falsi partus subjectione, l. 1. §. 13. ff. de ventr. inspici. Petr. Greg. Thol. syntag. Jur. univ. l. 9. c. 6. n. 20. cum seqq. §. lib. 36. c. 3. n. 5. Andr. Dalner de Jur. Homin. tom. 2. lib. 4. part. 1. n. 10. & crimen falsi committit. l. 19. §. 1. l. 30. ff. ad L. Corn. de fals. quod merito de adulterio, non vero de adultera dicitur, cum ille proprie agere, illa vero pati dicatur, post Arist. Cujac. Carpzov. d. l. Deinde etiam foemina minus injusta dici potest ratione liberorum in aliam familiam translatorum: ipsa enim in partu & post partum matris officium circa liberos facere tenetur; at quod adulter circa suos liberos praestare debebat, id callide transfert in alterum, ratiocinante Dn. Joh. a Gelden / quem refert Nicol. Pferschn. in disp. Inaug. de familiis, Altorffi habit. cap. 6. §. 10. Ex quibus patet, Justin. non omni plane ratione destitutum. Indulisse foeminis hanc mitigationem; Imo ad hanc Justiniani dispositionem sese expresse remittit Carol. V. in Ord. Crim. art. 120. ibi: So ein Ehemann einen umb des Ehebruchs willen / den er mit seinem Weibe verbracht hat / peinlich beklagt / und des überwindet / derselbe Ehebrecher sampt der Ehebrecherin sollen nach Sage unserer Vorfahren und unser Keyserlichen Rechten (quo Jus Justinianum indigatur Dn. Hahn. ad Wesenb. tit. de furt. n. 8. p. 933. Dn. J. O. Tabor. in racem. ad art. 164. Car. V. th. 9.)

gestrafft werden. *re. Caterum, cum hodie plurimis in locis, inprimis Ecclesiarum Reformatarum, Monasteria ad alios, quam in Papatu, destinantur usus, idcirco Dd. existimant, ut uxores adulteræ virgins cœsæ in perpetuum mittantur exilium; quodque per totam pene Europam consuetudine probatum esse testatur consil. apud Adam. Volckmann. in Proc. Crim. p. 3. conf. 40. n. 5. & hoc ipsum observari in terris Saxoniae, extra tamen Electoratum, testantur Matth. Wesenb. d. n. 19. vers. Saxones apud quos. Matth. Coler. p. 1. decis. 176. n. 11. Matth. Berlich. p. 4. c. 27. n. 25. Ben. Carpzov. p. 4. c. 19. d. 1. in fin. & Prax. Crim. d. quest. 53. n. 31. ubi subjectum præjudic. hic quoque referre placuit: p. p. &c. So viel aber die Weibsperson belanget / so bleibet dieselbe Vermöge gemeiner beschriebener Replerischen Rechte mit der Todes. Straff verschonet / sie wird aber / wofern das Kloster. Leben des Orts abgethan / billich zur Staupen geschlagen und der Keussischen Verichte ewig verwiesen. Licet autem mulieres in hoc adulterii crimine de communi & Noviss. Casareo jure pœna plectendæ sint mitiori; plurimis tamen in locis cessat hoc Privilegium, & pari cum maritis plectuntur pœna Joach. Beuß. de LL. Connub. part. 2. c. 18. Joh. Gœdd. in l. 101. ff. de V. S. n. 4. sub fin. de Jure Saxon. vid. p. 4. c. 19. ubi vir & uxor pœna gladii plectuntur. *ibid.* Dn. Carpzov. def. 6. & in Tr. Crim. quest. 54. n. 15. & seqq. de Jure Würtenb. vid. Fürstl. Würtenb. Lands. Ordn. tit. 94. junct. Nov. Const. Württ. de An. 1586. s. 16. & 17. ubi adulterium prima vice commissum non criminaliter, sed tantum carcere punitur, & pœnitentia publice peracta, rei, tanquam infames, ab omnibus honestorum virorum consortiis repelluntur; ita vero*

punitum & reiteratum sine distinctione inter masculos & foeminas ultimo punitur supplicio, gladio scil. Dn. Wolfg. Adam Lauterbach, in *disp. de differ. Jur. Comm. & Württ. in claus. crimin. tb. 19.*

LIV.

Privileg. in poena furti. Singulare quoque praesidium mulieribus accedit in poena criminis furti. Historicorum quidem monumenta produnt, hoc delictum sine differentia sexus diversae a diversis Legislatoribus punitum esse. Nam hi poena pecuniaria, illi membri abscissione; hi fustigatione, illi flagellatione; hi oculorum effossione, illi gravius hoc delictum vindicarunt. vid. Bodin. *de Republ. lib. 6.* Alex. ab Alex. *6. dier. genit. 10.* Nec ipsis Romanis una semper eademque poena hujus delicti fuit, uti videre est apud Bachov, *ad Tr. v. 2. d. 30. tb. 3. lit. b. &c. & in Comm. ad Inst. §. 5. de oblig. quae ex del. ibique* Dd. comm. & aliam furti constituit poenam Imper. Justinianus *in Nov. 134. c. ult. & autb. sed novo. C. de serv. fugit.* aliam Imp. Fridericus *2. feud. 27. §. ult.* aliam quoque Imp. Carolus V. *art. 157. & seqq. Ord. Crim.* quae, tanquam posterior, omnibus aliis praeferenda *arg. l. 4. ff. de Legib. l. 1. ff. ad L. Aquil.* eamque per totam pene Europam servari testantur Dd. passim. Udalf. *Zaf. in §. 18. J. de act. n. 3.* Wesenb. *ad ff. tit. de furt. n. 17.* Jul. Clar. *lib. 5. sentent. §. furtum n. 8. & 15.* Carpzov. *in Praet. Crim. p. 2. q. 77.* Arn. Vinn. *ad §. 5. J. de oblig. quae ex del. n. 3.* alique ab his relati. Per dictam autem Carolinam legem hoc delictum vindicatur poena laquei sive suspendii. *d. art. 157.* quam poenam licet gravem & abominandam, genusque mortis informe dicat Pontifex Leo *in c. sceleratior. 33. q. 3. de poenit. dist. 3.* & Plinius eam praeposteram

ram

ram appellitet, ob inclusum spiritum, cui potius excitus
 quari deberet. *lib. 2. cap. 25.* iustitiam tamen ejus eleganter
 evincunt Doctores Clarissimi, tam Theologi, quos inter ex
 recentioribus videri potest Joh. Gerhard. *disp. Theol. tom.*
2. fol. 260. Andr. Osiander, *ad cap. 22. Exod. lit. a. ibique* Bren-
 tius *p. 203. lit. b.* Conrad. Danhaavver. *Hodomor. Calv. Phan-*
tasim. 6. g. 57. quam Jcti. Dn. Jod. Otto Tabor. *in rac. crim.*
p. (mibi) 473. tb. 9. & seqq. & p. 503. tb. 18. & seq. Dn. Henr.
 Hahn. *ad Wes. tit. de furt. num. 15.* Magnif. Dn. D. Georg.
 Adam. Strub. *Ex. 48. tb. 23.* Bened. Carpz. *in Pr. Crim. d.*
9. 77. Erasim. Ungepaur. *Exerc. Justin. 13. q. 3.* quorum sen-
 tentiam & Ego defendi *in disput. de FURTIS Anno 1664. M.*
Aug. in hac Inclyt a Salana Academ. publice exhibit a, ubi vid.
tb. fin. At quamvis gloriosissimus Imperator Carol V de-
 lectum furti suspendio puniendum sanciverit, id tamen
 restrinxit ad mares, eosque tantum hac ignominiosa poe-
 na mulctari voluit: mulieres vero ab hoc vilissimo, igno-
 miniosissimo, foedissimoque supplicio exceperit, illisq; poe-
 nam constituit submersionis. Ita autem inquit *art. 159.*
Darumb in diesem Fall der Mann mit dem Strang / und
das Weib mit dem Wasser gestrafft werden sol. & art. 162.
und darumb der Mann mit dem Strang / und die Frau
mit dem Wasser gestrafft werden. Confer laudat. Dn. Ta-
bor. ad dd. art. Ob quod supplicii genus mulieres non exi-
 guam poenae mitigationem sentiunt: quis enim delin-
 quentium non mallet poenam suffocationem in aquis pa-
 ti, quam in patibulo? suffocatio quippe in aquis est saltem
 poena momentanea, in patibulo vero, ut ita dicam, per-
 petua: nam laqueo suffocatus non solum tempore execu-
 tionis praesentibus; sed quotquot annis pendet cadaver
 eius,

eius, omnibus quoque pratercuntibus indelebilem fere flagitii commissi attractæ infamiæ memoriam relinquit, quod secus est in suffocato in aquis, ut cuius facile patet. Caterum Hodie rarissime mulieres ob furti delictum pœna submersionis plectuntur, sed plurimis in locis pœna gladii mulctantur, uti testatur Colleg. Argent. *Resp Epistolari*, quod refert Dn. JO. Tabor, *rac. crim.*, p. 527. quamvis in foro Saxon. adhuc pœna suspendii tam in fœminis, quam in masculis vigeat, uti Juris Saxon. Interpp. comm. testantur, multisque præjudiciis confirmat Carpzov. p. 2. *quæst.* 82. n. 7. *Et seqq.* add. Magnif. Dn. D. Richter, p. 1. *decis.* 1. n. 36.

LVII.

*Pregnantes torque-
ri non poss.* Favorabile insuper & illud est, quod fœminæ a tormentis sint exemptæ. Principaliter quidem in favorem partus hoc constitutum est, uti apparet ex l. 8. l. 18. ff. de *stat. hom. junct.* l. 5. §. 2. ff. eod. pr. *J. de ingen.* quia tamen fœminæ prægnantes ut plurimum infirmæ & debilis sunt constitutionis, adeoque ob tormentorum dolores facillime damnum vitæ sentire possunt. *arg. l. 14. §. 2. ff. de edit. Edit. l. 2. §. 4. ff. si quis caut. jud. fist.* idcirco & illarum quoque causa constitutum esse, dici potest. De his autem mulieribus ita loquitur JCtus Ulpian. *prægnantis mulieris consumenda damnata pœna differtur, quoad pariat.* Ego quidem *Et ne quæstio de ea habeatur, scio observari, quamdiu prægnans est, in l. 3. ff. de pœn. Matth. Wesenb. ad ff. tit. de quæst. n. 10. Jul. Clar. l. 5. sentent. §. fin. q. 64. n. 23. Ant. Gomez. resol. lib. 3. c. 13. vers. item reperitur. Et n. 37. vers. quod extende. Pruckmann. ad l. 9. de stat. hom. 1. part. princ. m. 1. art. 14. n. 5. Henr. Bocer. de quæst. Et Tort. c. 4. n. 25. Et seqq.*
Petr.

petr. Lorient. *de concept. ax. 3.* Joh. Zanger. *de tortur. c. 1. n. 41.* Magnif. Dn. D. Richter. *p. 1. dec. 1. n. 35.* Franc. Pfeil. *in conf. apud Adam Volckmann. in Proceff. Crim. p. 3. conf. 43. num. 8.* Mulier quippe prægnans valetudinaria dicitur. Jac. Menoch. *arb. iud. quæst. 2. cent. 1. cas. 6. num. 6.* Hinc mulier gravida citata, licet non compareat, pœnam tamen contumaciæ non incurrit *d. l. 2. s. 4. ff. si quis caut. in jud. sist.* Guid. Papæ *decis. 256. n. 1.* Joh. Jac. Plebst. *ad J. P. W. disp. 1. tb. 41.* Nihil autem interest (1.) mulier prægnans paucos ante dies, puta 10. vel 20. conceperit; tunc enim propter spem futuræ animæ tormentis subjicienda non est. Prosp. Farinac. *in Prax. Crim. lib. 1. tit. 5. quæst. 41. n. 83.* vid. Henr. Bocer. *d. c. 4. n. 27.* Bened. Carpzov. *in Pract. Crim. p. 3. q. 118. n. 55.* nec (2.) refert; mulier prægnans sit ex coitu licito, an illicito: semen enim hominis ex qualicumque homine Dei creatura est, ac propterea custodiendum *c. undecunquedist. 56.* Erasmi. Ungepaar. *in Comm. super Decret. lib. 1. tit. de fil. Presbyt. 17. n. 5.* & erga spurios quosvis omne officii ac charitatis genus exercendum est. *c. pasce. c. non satis. c. est probanda. dist. 86.* nec calamitas matris nocere debet ei, qui in ventre est, dicente Imp. *in pr. l. de ingen. & Jcro Marcian. in l. 5. s. 2. ff. de stat. hom. add. l. 26. ff. de pœn.* Prosp. Farinac. *d. tit. 5. q. 11. n. 82.* Extendunt hoc Dd. (1.) etiam ad puerperam, ut & illa post partum intra 40. dies purgationis torqueri haud debeat. Jul. Clar. Gomez. *ad. l. Conrad. Lag. jur. civ. method. p. 6. c. 7. n. 14.* Pruckm. *d. art. 14. n. 6.* Farinac. *d. tit. 5. q. 41. n. 79.* Bocer. *d. c. 4. n. 28.* Joh. Zang. *d. c. 1. n. 19.* Ben. Carpe. *d. l. n. 57.* ubi plures allegat. Sana quidem dicitur puerpera *in l. 14. S. 2. ff. de Edict. Edict.* quia tamen adhuc debi-

Amplias.
1.

lis est, & per tormenta facillime lac maternum corrumpi, ac proinde infantulus perire posset, non immerito per id tempus tortura differtur. laud. Carpov. *d. l. n. 38.* ubi ita Dnn. Scab. Lips. respondisse refert: Es wird aber die scharffe Frage / weil die Gefangene schwangers Leibs ist / biß so lang sie ihrer Weiblichen Bürden entlediget / und des Kindes genesen / auch / die 6. Wochen umb seyn / billlich eingestellet / und hernach dermassen verrichtet / daß / uffn Fall sie ihr Kind selbstn nähret / demselben an der Nahrung kein Abbruch geschehe. (2) *Extendunt quoque ad mulierem partum lactantem.* Jul. Clar. *d. n. 23.* Petr. Gregor. Tholof. *Synt. iur. univ. lib. 48. c. 12. n. 28.* Frid. Pruckm. *d. art. 14. n. 13.* Farinac. *d. 9. 41. n. 80.* (3) denique statuunt Dd. ut mulier prægnans ne quidem terreri debeat. Territio quidem quamvis torturæ opponatur, & minis potius (inprimis illa, quam vocant nudam & verbalem. vid. Carpov. *quest. 117. n. 47.*) quam cruciatu perficiatur. Dn. J. O. Tabor. *racem 5. th. 11.* quia tamen ex territione & comminatione facile quoque abortus sequi posset, ideo non immerito etiam Judex eam differre debet. *arg. l. 32. ff. ad L. Aquil. l. 108. ff. de V. Obl. Ant. Gomez. d. lib. 3. c. 13. n. 4.* Carpov. *quest. 118. n. 62.* In hoc autem torturæ puncto non cuilibet mulieri gravidam se esse dicenti fides adhibetur, sed Judex, si dubitet, illam censuræ obstetricum & Medicorum juratorum submittere, atque secundam illorum effatum sententiam formare debet, uti testatur post Farinac. *d. quest. 41. num. 85.* Ludov. Carer. *in Pract. Crim. in 2. tract. de indic. & tort. §. circa certum. que vers. torq. poss. num. 34.* Cason. *de Torment. c. 10. n. 6. & 7.* Dn. Bened. Carpov. *d. 9. 118. n. 63.*

Ampl. 2.

Ampl. 3.

Ob eandem rationem, qua tortura, etiam poenae executio in pragnante muliere differtur: ne scil. foetus cum ipsa matre extingatur & pereat, per d. l. 3. ff. de poen. junct. l. 18. ibidemq. Oldendorp. ff. de stat. hom. Jul. Clar. lib. 5. sentent. §. fin. quæst. 98. n. 5. & ibid. Joh. Bapt. Bajard. in addit. n. 3. & seq. Ant. Gomez. d. c. 13. n. 37. pr. Georg. Schönborn / 3. polit. 20. n. 2. p. 286. Petr. Loriot. d. ax. 3. Didac. Covarruv. var. resol. lib. 4. c. 4. Magnif. Dn. D. Struve / Ex. 3. tb. 3. in fin. etiamsi unius saltem diei pragnans, vel in ipsa custodia impragnata sit. Gothofr. ad d. l. 3. poen. lit. z. quod tamen ita intelligendum puto, si poena mortis dictanda sit, per d. rationem: ne innocens foetus extingatur; si vero poena fustigationis mulieri unius diei, vel per paucos dies pragnanti dictanda veniat, minime differenda est ejus executio: quia tunc cessat dicta ratio, periculum scil. partus, cessare ergo etiam debet dispositio; cum moderatione tamen tunc fustiganda est, ne venter damnum sentiat, docente Magnif. Dn. D. Richter / p. 1. dec. 7. n. 3. in fin. ubi ita Dn. Scab. Jen. respondisse refert: So wird S. B. solches begangenen und bekanten Ehebruchs und Hurerey halben mit Ruthen öffentlich ausgestrichen / doch hierinnen gebüheliche Bescheidenheit gebraucht / damit der Leibes Frucht kein Schade zugesugt werde und des Lands ewig verwiesen. Aliud tamen dicendum, si ad medium pariendi tempus pervenerit, wann sie über die Helfte ist / tunc enim, quia facilius abortus sequi potest, merito fustigatio differenda est. Similiter nec relegatio in muliere pragnante executioni mandanda est, si ex ea ventri periculum imminet, puta, si iter asperum si subcundum, aut

Differuntur poenae in muliere pragnante.

salvo ventre ex regione, ultra quam releganda, haud migrare queat. Dn. Henr. Hahn. *ad Wesenb. cit. de stat. bom.*
Quid in n. 3. Imo quamvis mulier partum jamjam ediderit, & in
puerperis. puerperio adhuc constituta sit, non tamen Judex statim ad poenæ corporis afflictivæ (secus si capitalis dictata est poena) properare debet, sed exactis demum 6. septimanis poenam dictatam exequi curet, per ea, quæ in *ib. prec. dix.* quia verosimile est, illam post effluxum hoc temporis spatium vires iterum recuperasse, & tunc demum poenam sine periculo mortis pari posse, post Petr. Theodor. in *Coll. Crim. disp. 10. tb. 5. lit. f.* Bened. Carpzov. in *Pr. Crim. p. 3. q. 137. n. 22.* ubi hunc in modum respondere dicit Dnn. Scab. Lips. So wird N. N. solcher ihrer Verbrechen wegen mit Staupschlägen des Landes ewig billich verwiesen. Dies weil aber die Bertel schwangers Leibs ist / so wird die Execution solcher Leibstraff / bis sie des Kindes genesen / und ihre 6. Wochen umb sein / billich eingestellt und folgendes dermassen berichtet / daß dem Kinde / da si es selbst nethen wird / an seiner Nahrung kein Abbruch geschehe. & hunc in modum etiam respondiße Dnn. Scab. Jenens. refert laudat. Dn. D. Richter. d. dec. 7. n. 6. Mens. Jun. Anno 1628. Daß Maria Blumentheils Wittib / welche am 7. dieses Monats Junii ein gesundes vollkommenes Söhnlein zur Welt gebracht / und Peter Arnolden einen Ehemann zum Vater angegeben / wann von Zeit an der Genesung 40. Tage verflossen / mit öffentlichen Staupenschlägen des Landes ewig zuverweisen / iedoch ist mit den Streichen gebührlliche Bescheidenheit / damit dem säugenden Kinde an der Milch kein Schade geschehe / zugebrauchen.

Favorabilissimum præterea remedium mulieribus sup-
 pedavit Jus divinum in causa stupri. De jure quidem *Privileg.*
 Civili stuprum passæ parum habent solaminis: eo enim *in stupro*
 jure, secundum communiorem & veriore Dd. senten-
 tiam stupratores honesti publicatione dimidiæ partis bo-
 norum; humiles vero corporis coercitione, puta fustiga-
 tione cum relegatione puniendi sunt, per text. in §. 4. *J. de*
publ. judic. Marth. Wesenb. *ad ff. tit. ad L. Jul. de adult.*
n. 21. Joh. Harpp. *ad d. §. 4. n. 40. ibique* Arnold. Vinn. *in*
fin. Wilh. Ludvvel. *Exerc. ult. tb. 4.* Jac. Menoch. *lib. 2.*
arb. quest. cent. 3. cas. 288. n. 10. Erasmi. Ungepaar. *ad De-*
cretal. lib. 5. tit. 16. de adult. & stupr. n. 8. Christ. Befold.
in differt. de pen. tb. 26. aliique plurimi relati a Dn. Bened.
 Carpzov. *in Pract. crim. p. 2. q. 68. n. 3.* Reinh. Bachov. *ad*
Tr. v. 2. d. 32. tb. 3. lit. c. Joh. Rebhan. *Hodeg. Jur. cb. 2. cl. 4.*
parall. ult. n. 16. Verum aliud sancitum Jure Divino. *Exod.*
22. vers. 16. & seq. Dent. 22. vers. 28. ubi præcipitur, ut stu-
 prator stupratam & ducat & dotet. Quod ipsum etiam
 sequitur Jus Canon. *in cap. 1. extr. de adult.* cujus verba
 hæc sunt: *si seduxerit quis virginem non desponsatam, dor-*
mieritque cum ea, dotabit eam & habebit uxorem, si vero pa-
ter virginis dare noluerit; reddet pecuniam juxta modum
dotis, quam virgines accipere consueverunt. *add. cap. 2. eod.*
Conf. elegant. Henr. Brouvver. *de Jur. Connub. lib. 1. c. 26.*
 quia autem hæc poena copulativa interdum procedere
 non potest: veluti si quis duas pluresve stupraverit, has
 enim simul ducere non licet, vel conjugatus aut propin-
 quus fuerit; Idcirco consuetudo & mores in terris Imperii
 copulativam, ET, in alternativam, AUT, resolverunt, ut
 O 3 hodie

hodie stuprator stupratam aut ducere aut dotare cogatur,
 uti præter alleg. Dd. testantur Jodoc. Damhoud. in *Prax.*
Crim. c. 92. n. 6. Prosp. Farinac. *part. 5. oper. crimin. quest.*
147. n. 113. Matth. Berlich. *p. 4. concl. 38. num. 7.* Jul. Clar.
lib. 5. sentent. §. stuprum n. 3. vers. quicquid. Ægid. Boss. in
Tract. Crim. tit. de coit. damn. Ben. Carpzov. *J. E. p. 4. c. 27.*
d. 1. Henr. Brouvv. *d. c. 26. n. 40.* & non immerito: sicut
 enim nemo bona sua jactare præsumitur. *l. 25. ff. de probat.*
 ita nec stupratori virgo florem virginittatis decerpere, vel
 vidua concubitum absque ulla spe concessisse censetur.
 Vid. Alex. Trentacinq. *lib. 3. resolut. de matrim. n. 2.* Est
 igitur electio apud stupratorem Matth. Berlich. *d. concl. 38.*
n. 17. & si stupratam (sub qua intellige virginem viduam-
 ve honeste viventem §. 4. *l. de publ. jud. l. 101. de V. S. vid.*
 Carpzov. *d. p. 4. c. 27. def. 4.* & in *Tract. Crim. quest. 68. n. 23.*
 & seq.) dotare malit, doris determinatio relinquitur judi-
 cis arbitrio, qui eam moderetur, prout Dd. æquissime
 suadent, secundum qualitatem & facultatem stupratoris,
 & nativitatem ac dignitatem stupratæ puellæ. vid. *elegant.*
 Magnif. Dn. D. Richter. *decis. 88. n. 7. & seqq.* Jac. Menoch.
d. conf. 288. n. 10. & seqq. Prosp. Farinac. *d. q. 147. n. 124.*
 & seqq. nec remittitur stupratori hæc pœna, licet præten-
 dat: virginem aut viduam ab ipso stupratam esse paupe-
 rem, aut e humiliori natam familia. Matth. Berlich. *d.*
concl. 38. n. 77. Didac. Covarruv. in *epit. sponsal. part. 2. c. 8.*
 §. 2. n. 24 in *pr. & vers. quæ tamen de vilibus & c.* aliique ab
 eo allegat Mich. Havemann. de *Jur. Connub. lib. 4. tit. 4.*
pos. 4. cum nec divina lex inter vitiatam infimæ sortis vel
 majoris familiæ puellam distinguat. Henr. Brouvv. *d. c.*
26. n. 45. tali enim virgini vel viduæ multo magis succur-
 rendum,

rendum, cum ob miseram conditionem non facile aliud
solamen expectandum habeat, per *l. 7. C. de incest. nupt.*
Bened. Carpzov. *de Jur. femin. dec. ult. pos. 7. n. 18.* Hinc
in casu, quo Nobilis quidam Juvenis ancillam suam stupra-
verat, ita pronunciarunt Dnn. Scab. Lips. hat N. N. bekant/
Daß er mit der verhassten M. S. fleischlichen zugehalten / und
dieselbe beschlaffen ic. So ist N. N. die geschwängerte M. S.
wosfern er sie zu ehelichen nicht bedacht / mit 40. fl. zu dotiren
schuldig. apud laud. Carpzov. *q. 68. n. 60.*

LX.

Extendunt Dd. hunc mulierum stupratarum favo- *Amplians*
rem latissime, eumque etiam obrinere volunt (1.) etiam si *Dd.*
mulieres falsis persuasionibus, gestibusque veneris ma-
sculos incitaverint, vel nimis prompte in simplicem illo-
rum petitionem consenserint, aliove modo causam stupri
præbuerint, veluti post. Joh. Schneidevv. *ad §. 23. J. de*
act. n. 14. Farinac. *d. q. 147. n. 54.* Berlich. *d. concl. 38. n. 30.*
Bened. Carpz. *de quest. 68. n. 41.* idque propter generalita-
tem constitutionis Saxon. Elect. *27. part. 4.* Verum in hoc
dubito vel maxime: prædicta enim constitutio Saxon. ut
& consuetudo in terris Imperii Jus, hoc in puncto, sequun-
tur divinum & Canonicum, illudque confirmat, uti ipse
docet B. Carpzov. *d. q. n. 8.* & J. F. *p. 4. c. 27. def. 1. num. 7.*
mutata scil. particula ET in aut, *uti in tb. præc. dist.* Ita au-
tem loquitur Jus divinum & Canon. illud *Exod. 22. vers. 16.*
hoc cap. 1. extr. de adult. & supr. si seduxerit quis virgi-
nem &c. ex quibus clarissime apparet a stupratoribus sua-
sionem aut seductionem fieri debere; merito itaque idem
necessum erit de *Constit. Sax. & moribus Imperii:* mulier
liqui-

liquidem stupri causam præbens injuriam pati non censetur. *arg. l. 203. ff. de R. J. c. damnnum 86. de R. J. in 6. l. 46. §. 5. ff. de procurat.* imo hujus concessio ejusdem criminis frequentiam causaret: non enim deessent forsan foeminae in primis deformes, viliores & pauperulae, qui exinde occasionem a vide captarent, omnibusque modis studerent, quo mares, in primis bonis qualitatibus præditos, ad stuprandum inducerent & persuaderent: acciperent enim, quod vellent, dotem scilicet vel matrimonium. Sed hoc ipsis indulgendum non est: mulierum enim malicia & calliditas beneficium non meretur. *l. 2. §. 3. l. 30. ff. ad Sct. Vellej.* & hanc sententiam etiam expresse apud Frisios confirmatam esse in *art. 1. §. 2. tit. 4. lib. 1.* docet Henr. Brouw. *d. c. 26. n. 44.* & secundum eam quoque in inclyro hujus Provinciae Dicasterio responsum esse, docet Magnif. Dn. D. Richter. *d. dec. 88. n. 20.* hunc in modum: **Es wäre auch die leichtfertige Dirne und schlechte Bauersmagd / welche ein geyles fürwitziges Mensch / den Wittber zur Unzucht gereizet / sich in sein Bette zum öfftern gemacht / durch ein unkeusch Leben ihn zur ehlichen Zusage zubewegen / und der gestalt in seine Hauffhaltung / dessen Kindern zum Nachtheil / sich einzubringen Gelegenheit gesucht / etwas zur Wittgiffte oder Ehegeld zu fordern nicht befugt. Neque tamen stupratur hoc in casu plane impunitus manet, sed arbitraria coercetur poena.** Ludov. Molin. *de J. §. J. tr. 3. disp. 104. n. 12.* Hæc autem dixisse volumus, si ipsa stuprata coram Judice confessæ, vel alias notorium sit, eam stupri causam præbuisse; secus vero si de hoc non constet, tunc enim præsumitur eam a stupratore deceptam atque seductam esse. Alex. Trentacinq. *d. lib. 3. ref. de matrim.*

n. 2. Molin. *d. l. n. n.* & consequenter aut duci aut dotari
debet: (2) Extendunt Dd. hunc favorem ad eum quoque *Ampl. 2.*
casum, quando stuprator, antequam stuprata dotatio-
nem petierit, ad conjugium & amplexus alterius foeminae
jam tum pervenerit: nam licet hoc in casu stuprator stu-
pratam ducere non possit, & sic electionem propria sua
culpa miserit, dotare tamen eam cogitur, quia alias quili-
bet hoc modo stupri poenam evitare posset, docente post
Berl. *d. conclus. n. 34.* Carpz. *d. q. 68. n. 49. & seqq. & J. F. p.*
4. c. 27. def. 3. (3) Licet stuprata intra quinquennium ni- *3.*
hil petierit, nihilominus hoc temporis spatio elapso ad-
huc stupratorem illam aut ducere, aut dotare debere, tra-
dunt laudat, Berlich. *d. l. n. 23.* & Carpz. *d. q. 68. n. 44. & seqq.*
ubi *n. 48. praesud. addit. add. Mod. Pistor. p. 4. q. 127.* Henr.
Brouvv. *d. l. Imo* (4) licet stuprata antequam nubat, moria- *4.*
tur, tamen ad infantem vel alios heredes dotem transmit-
ti, iterum docent Berlich. *d. l. n. 26.* Ioh. Bapt. Bajard. *ad Jul.*
Clar. lib. 5. sent. §. stuprum n. 24. Ant. Perez. *in tit. C. ad L. Jul.*
de adult. Carpz. *d. l. n. 24. ubi n. 40. praesud. add. Brouvv. d. l.*
Falluntur autem virgines viduaeque, si eundem favorem
sibi competere persvasum habeant, etiamsi matrimonia
stupratorum fastidiant & recusent. Jac. Menoch. *d. cas.*
288. n. 22. Joh. Damhoud. *d. c. 92. num. 7.* Magnif. Dn. D.
Richter *d. dec. 88. n. 25.* hodie enim stuprator alternative,
uti panto sup. dix. obligatur, vel ad ducendum, vel ad do-
tandum; quia itaque dotatio in locum matrimonii hodie
surrogata, si scil. stuprator ducere stupratam nolit, ideo
si eam ducere vult, obligationi suae satisfacit, & consequi
stuprata hoc recuset, nec eam dotare tenetur. Carpz. *d. q.*
68. n. 84. & seq. Deinde falluntur etiam foeminae hunc fa-
vorem

vorem sibi pollicentes, si cum stupratoribus pro concubitu de certo convenierint pretio. Joh. Bapt. Bajard. *d. l. n. 28.* Berlich. *d. concl. 38. n. 66. & 68.* Magnif. Dn. D. Richter *d. decis. 88. n. 28.* vel si ad quæstum sedeant, & nundinatio pudore cuilibet prostent. Henr. Brouv. *d. l. 45.* tales enim fœminæ ob pretii conventionem vitam meretriciam vixisse videntur. *l. 22. C. ad L. Jul. de adult.* cum meretricibus autem vel aliis jam tum corruptis stuprum non committitur. *§. 4. ibi; honeste viventem. I. de publ. judic. d. l. 22. C. ad L. Jul. de adult.* Matth. Wesenb. *ad ff. tit. eod. n. 21. vers. nam in vilibus.* Arnold. Vinn. *ad d. §. 4. n. 1.* merito ergo cessare quoque debet pœna stupri. Ægid. Boss. *in Tr. Crim. Tit. de coit. damn. n. 25.* Matth. Berlich. *d. concl. 38. n. 72.* Bened. Carpov. *d. q. 68. num. 76.* Jacob. Menoch. *d. cent. 3. c. 288. n. 15.* Ioh. Nevizan. *lib. 3. sylv. nupt. n. 22. p. 332.* alique plurimi, quos refert Prosp. Farinac. *sepe alleg. quæst. 147. n. 82.* nam cum hisce, quæ venalem formam exhibent, fornicatio saltem committitur, quæ de iure nostro Civ. nulla coërcetur pœna. *l. 13. §. 2. ff. ad L. Jul. de adult. l. 22. l. 29. in fin. C. eod.* Hodie vero arbitrarie. vid. Carpov. *in Pr. Crim. quæst. 70.* Matth. Wesenb. Arn. Vinn. *dd. h. Wilh. Ludvv. Ex. ult. th. 4. lit. e.* Ioh. Rebhan. *Hod. leg. ch. 2. cl. 3. par. 1. n. 62.* Plures alias limitationes proponit Dn. D. Richter *in sepe laud. decis. 88. an. 21. usq. ad n. 31.* ubi omnino vid.

LXI.

*Privileg.
mulierum
stupratar.
De non
tend. lib.*

Sunt præterea mulieres stupratæ & hoc solamine beata, ut, si imprægnata fuerint, ab onere quoque alimentationis sint libera. Si namque tantum se exercuit juventus, *ut verbis proferam* Henr. Brouv. *d. cap. 26. n. 51.*

ut

ut testis libidinis in cunis lusitet parvulus *Aeneas*, obligatus est stuprator & ferre puerperii expensas & alere infantem, per *l. 9. C. de patr. pot. c. cum. haberet. 5. vers. ult. extr. de eo qui dux. in matr.* Matth. Coler. *de Aliment. lib. 1. c. 6. n. 4. & seqq.* Ioh. Nevizan. *d. lib. 3. n. 25.* Carpzov. *d. q. 68. n. 104. & in J. F. d. c. 27 def. 5.* Dn. D. Richter. *d. dec. 88. n. 31.* nec relevatur ab hoc onere, licet se stuprum quidem commississe semel confiteatur, patrem tamen se esse neget: militat enim contra eum praesumptio, donec alium patrem probaverit. laud. Carpzov. *d. q. 68. n. 11.* ubi responsum Dnn. Scab. Lipsi. ita refert: **So send ihr dem Kinde / bisß es sein Brod selbst erwerben kan / seinen Unterhalt zu verschaffen schuldig: ihr kñnnet dann darthun und erweisen / daß berührte N. N. auch mit einem andern fleischliche Unzucht getrieben / und von demselben geschwängert worden / dessen gendßet ihr billich /** *D. N. B.* add. Dn. D. Richter. *d. dec. n. 53.* Jac. Menoch. *lib. 2. arbitr. iud. quest. 169.* si tamen stuprator indiciiis & praesumptionibus alium patrem ostendere, vel praesumptiones contra stupratam proferre possit, simplici stupratae assertioni fides adhibetur nulla, sed gravatur ipse juramento purgationis, per *can. consulti. 2. q. 4. c. ex tuarum 8. c. ult. extr. de purg. canon. in delictis enim facti transeuntis*, (quale etiam est stuprum) quia ut plurimum in occultis fiunt, & nulla relinquunt vestigia, conjecturata quoque probatio admititur. *Agid. Boss. d. Tract. tit. de delict. n. 29.* Jul. Clar. *in Pract. §. fin. q. 66. pr.* Farinac. *Tract. Crim. p. 1. q. 2. n. 12.* quod ipsum etiam aliquando observatum memini ab Ampliss. Senatu Academ. Tubingensi in causa cujusdam studiosi contra ancillam quandam. Neque praeterea stuprator hoc

onus alimentationis evitare potest, etiam si maritatus sit. Carpzov. *d. p. 4. c. 27. def. 10.* Imo, etiam si ab alio jam corrupta, aut scortum publicum fuerit, ab ipso autem conceperit, quod tamen stuprata jurato obtinere debet. Carpzov. *in Jurispr. Eccles. lib. 2. def. 239. & lib. 3. def. 81.* Hoc vero notand. quod si ipse stuprator paupertate sit pressus, neque habeat unde vivat, nedum infantem alere possit, tunc stuprata hoc nutritionis onus subire debeat. *arg. l. 8. ff. de agnos. & al. lib. add. sup. l. b. 46.* Sed si stuprator tantum in bonis habeat, ut infanti de alimentis prospicere possit, tunc, eo licet mortuo, non tamen stuprata, sed heredes ejus hoc onere gravantur *arg. l. 5. §. 17. ff. d. t. infante vero mortuo, si stuprator ipsi alimentorum loco certam pecuniæ summam promiserit, illa summa non ad ipsum revertitur, sed ad matrem transmittitur. Joach. a Beust. de Conub. p. 1. c. 29. & seq. aliud tamen ducend. si nihil promiserit, tunc enim quia præstatio alimentorum personalis est, ideo cum persona illa, cui debetur, finitur. l. 3. §. 10. ff. de transact. & propterea nec stuprata aliquid petere potest. Bened. Carpz. d. 9. 68. n. 113.*

LXII.

*Mulieres
ab omni
stupri po-
pa non sunt
immun.*

At quamvis mulieres stupratæ his beneficiis fruuntur, ab omni tamen poena immunes haud manere, secus quam putat Ioh. Harppr. *ad d. S. 4. J. de publ. jud. num. 41.* aliique ab eo citati, cum Dn. Carpzov. *J. F. p. 4. c. 27. d. 9.* existimo. Utur enim mulieres stupratæ in dubio dicantur deceptæ, multisque persuasionibus inductæ, stupratoribus tamen consentiunt, & ira consentiendo delinquant: ipsis enim dissentientibus, stuprum, quod vocant simplex, committi non potest; merito ergo vel ex hac sola ratione

ne

ne poena aliqua afficiendæ sunt *arg. l. 51. ff. ad L. Aquil. l. 13. ff. de off. pras. l. 31. ff. de pos. deinde probamus hoc per l. 13. §. 7. l. 39. ff. l. 20. C. ad L. Jul. de adult. ubi a poena excipitur mulier vi stuprata: exceptio autem in casibus non exceptis confirmat regulam l. 12. §. 43. ff. de instruct. vel instr. leg. l. 18. ff. de testib. l. 4. §. fin. ff. de pen. leg. Henr. a Rosenthal/ de feud. c. 5. concl. 7. gloss. d. Ioh. Harppr. ad S. 2. J. de donat. n. 158. Li-
 cet autem mulieres stupratæ poenam quoq; sustinere debe-
 ant; attamen mitius stupratoribus solutis puniendas esse
 putamus, per l. 6. pr. ff. ad L. Jul. pecul. l. 5. §. 3. C. ad L. Jul. Maj. c. 1. sicut. 6. ext. de homic. & ea quæ tradit. Carpz. de Jur. senn. dec. ult. pos. i. n. 25. & seq. add. sup. t. b. 5. 4. ad fin. licet Idem exi-
 stimet, eas pari poena cum stupratoribus plectendas esse, in
 J. F. alleg. def. 9. n. 2. Si vero viris uxoris foeminae solutæ co-
 piam sui fecerint, nullum est dubium, quin mitiori ple-
 ctendæ sint poena: maritus enim foeminam cognoscens so-
 luram, quia secundum Ius Canon. (quod hic non immeri-
 to ob *Matth. c. 19. vers. 9. & Marc. 10. vers. 11.* moribus receptū)
 adulterium perpetrat. *c. nemo blandiatur. 32. q. 4. can. lex est. 2. caus. 36. q. 1.* vid. Reinh. Bachov. d. disp. 32. t. b. 2. tit. b. Ioach. a Beust. de Connub. p. 2. cap. 17. & seq. Ioh. Gerhard. tom. 3. loc. de lege DE 1 n. 162. add. Dn. Carpzov. Pract. Cr. q. 52. n. 55. ubi n. 49. & seqq. de Iure quoque Civili contra com-
 muniorem Dd. sententiam hoc in casu adulterium com-
 mitti pluribus defendit; ideo non quidem ultimo puni-
 tur supplicio, quia defecit principalis ratio, suppositio scil. falsi partus. l. 6. §. 1. ff. de adult. Carpz. J. F. p. 4. c. 19. d. 4. in
 fin. sed virgis cœsus in perpetuum relegatur. *Matth. Wesenb. ad d. t. de adult. n. 19. vers. eodemque modo.* Iul. Clar.*

§. 2. Matth. Stephan. ad art. 120. Constit. Carol. Petr. Heig. p. 2. q. 29. n. 5. & sqq. Carpz. d. l. alii que quos ibidem refert; foemina vero poena arbitraria, carcere nimir. vel temporali relegatione punitur laud. Dd. dd. ll. hæc enim delictum stupri vel fornicationis tantum hoc in casu committit, quod hodie arbitrarie punitur. Carpzov. d. c. 19. d. 9. & in Pr. Crim. q. 69. §. 70.

L XIII.

*Benefic.
mulier in
causa stupri
violenti.*

Juri favorabili, quo pollent mulieres in causa stupri, ut vocant, simplicis, subnectere placuit Jus singulare favorabile, quo gaudent in causa stupri violenti, non quidem ex jure positivo, de hoc enim omne Jus Casareum silet, sed justas ob causas ex jure consuetudinario. Notissimum enim est stupratores violentos capite plecti, *ex. Ord. Crim. art. 119. ibi: So iemand einen unverseumbden Ehefrauen oder Jungfrauen mit Gewalt / und wider ihren Willen / ihre Jungfräuliche Ehre nehme / derselbe Ubelthäter hat das Leben verwürcket / und sol auf Beflagung der Bende thigten in Ausführung der Missethat einem Räuber gleich mit dem Schwerdt vom Leben zum Tode gestrafft werden. Conf. ibid. Criminalist. Eadem etiam poena, secundum veriore sententiam, coërcentur de Jure Civ. per l. i. §. fin. ff. de extraordin. crimin. l. 3. §. 4. ff. ad L. Jul. de vi publ. Matth. Wesenb. ad ff. tit. de adult. n. 22. vers. vera tamen. Carpzov. J. F. p. 4. c. 30. d. 2. Wilh. Ludvv. ad Ex. ult. th. 8. lit. f. Joh. Schneidevvin. ad §. 4. l. de publ. judic. n. 2. add. Bachov. ad Tr. d. disp. 32. th. 3. lit. f. ita ut nec hujus poenæ mitigationem mereantur, etiamsi vi compressas in uxores ducere velint. Carpz. d. c. 30. def. 8. in Pract. Crim. p. 2. q. 75. n. 70. ubi Anno 1608. M. Jul. in casu simili ita Dnn. Scab.*

Scab. Lips. respondisse docet: **Somöchte** H. T. von wegen solcher an C. W. begangenen und bekanten Nothzucht / sei- nes gethanen Erbietens / daß er die Genozhüchtige ehelichen wolte / ungeachtet / mit dem Schwerdt vom Leben zum Tode gerichtet. Verum ex favore puellarum pudicitia suæ atque honoris deprædatarum receptam est, ut ejusmodi stupratores soluti, mutata poena gladii in poenam relegationis, ipsis associantur, si pro iis intercedere, iisdemq; nubere velint. Bened. Carpz. *d. g. 75. n. 65.* ubi quidem hoc tantum in Elect. Saxon. Scab. observari restatur; sed ob rationes seqq. non immerito etiam aliis in regionibus, nisi consuetudo loci vel circumstantiæ aliud suadeant, putandum puto. Nam (1) *ex l. 13. §. 7. ad L. Jul. de adult.* patet, mulierem vim passam nihil delinquere, ac propterea nullam incurrere poenam. *arg. l. 53. ff. de furr.* at maxima afficeretur poena, si pudicitia sua privata etiam matrimonio privaretur: stuprata enim in primis si insuper laboret vitio aliquo vel corporis, vel fortunæ; veluti si gibbosa, lusca, deformis, pauperrimæve conditionis sit, non facile, aliam conditionem nubendi inventura est ut quivis sani Judicii fatebitur; merito ergo talis conditio nubendi ipsi dene-ganda haud est, cum alias quoque magnus sit matrimonii favor. *l. 1. ff. sol. matr. (2.)* ut ut talis mulier de jure nulla infamiae macula notetur, *l. 20. C. ad L. Jul. de adult.* Magnif. Dn. D. Richter *de Adverb. Signif. adv. corrupte.* 47. p. 176. apud vulgum tamen, licet falso, in sinistram opinionem incurrit, quod honestis vitamque inculpatam agentibus personis haud est exigua afflictio; imo sola violenta corruptio stupratoris stupratae lat est afflictionis: Si autem ita afflicta matrimonium cum stupratore inire, & per hoc igno-

mini

miniam ex sinistra vulgi opinione conceptam purgare
 volens, voti sui compos non fieret, quis negaret, poenam
 infligi sine delicto, sive afflictæ addi afflictionem contra
 æquissimam juris regulam in *l. 14. ff. de offic. Præs. l. 28. in
 fin. C. de Episc. audient. l. omnes 23. C. de pæn. Henr. a No
 senthal. de feud. c. 7. concl. 27. n. 10. fundatam Carpz. d. l. n.
 67. (3) si uxori fores matrimonii cum marito adultero non
 sunt præclusæ, per *Nov. 134. c. 10. Magnif. Dn. D. Strub.
 Ex. 49. tb. 33. Jodoc. Damhoud. in Prax. Crim. c. 89. n. 45.
 Petr. Heig. p. 2. q. 29. in fin. Bachov. d. h. 2. lit. e. vers. si au
 tem solutus. Wesenb. d. l. n. 19. Matth. Berlich. p. 4. concl.
 27. n. 92. & seqq. Matth. Coler. p. 2. decis. 176. n. 15. Bened.
 Carpzov. J. F. p. 4. c. 19. d. 10. Magnif. Dn. D. Christ. Phil.
 Richter. dec. 88. n. 88. idque in honorem matrimonii, quæ
 ratio expresse additur in *Constit. Elect. Saxon. 19. part. 4. cur
 eandem ob rationem puellæ vi compressæ fores stupratori
 nubendi præcluderentur? arg. l. 32. ff. ad L. Aquil. l. 108.
 de V. O. vid. l. 5. s. 2. ff. ad L. Jul. de vi publ. Imo (4) si fo
 minæ raptæ licet stupratorem in maritum exposcere c.
 ult. extr. de rapt. vid. *thes. seq.* cur non idem liceret foemi
 næ vi stupratæ in violentum stupratorem? cum hæc duo
 delicta talem affinitatem invicem habeant, ut nonnulli
 Dd. ea interdum, licet perperam, confundant, docente B.
 Dn. Ludvv. d. Ex. ult. tb. 8. lit. f. & argumentum a raptu ad
 stuprum violentum, tanquam a majori ad minus, negati
 ve procedere, docet Matth. Berlich. p. 5. concl. 41. n. 13. &
 ex eo Dn. Bened. Carpz. d. p. 4. c. 19. d. 7. n. 7. Hinc Idem
 ita Dn. Scab. Lips. respondisse refert: **So möchte N. N.
 von wegen solcher an oberwähnten Dienstmägdelein be
 gangenen / und bekanten Nothzucht / mit dem Schwerte
 vom*****

vom Leben zum Tode gestrafft werden; Es wäre dann/ daß das Mägdlein selbst ihn zur Ehe begehren und haben wolte/ auf den Fall möchte ihm aus Gnaden die Los des Straffe erlassen werden/ er würde aber gleichwol nach vollzogener Ehe des Landes ewig verwiesen/ und sie wäre ihm mit wesentlicher Wohnung zu folgen schuldig/ B. N. W.

LXIV.

Hicce jam dictis Coronidis loco non piget addere ^{privileg.} jus mulieribus non minus favorable in causa raptus. ^{in causa raptus.}
 Ita enim loquitur Imperat. in l. un. §. 1. C. de rapt. virg. *Sen autem in ingenuam personam tale facinus perpetratur, etiam res mobiles seu etiam immobiles, & se moventes, tam raptorum, quam eorum sodalium, comitum vel sequentium, qui eis auxilium præbuerint, ad dominium raptarum mulierum liberarum transferantur providentia Judicum, & cura Parentum earum, vel maritorum, vel tutorum seu Curatorum. Et si non nuptæ mulieres alii cuilibet, præter raptorem, legitime conjungetur, in dotem mulierum liberarum easdem res, vel quantas ex his voluerint, procedere: sive maritum nolentes accipere, in sua pudicitia manere voluerint, pleno dominio eis sancimus applicari. Ex quibus patet, mulierum raptarum favorem de Jure Justiniano esse magnum; At majorem cernimus, si jus intuemur Pontificium: hoc enim jure insuper raptæ datur facultas, ut raptorem in maritum petere possit. cap. ult. extr. de raptor. ubi Pontifex ita inquit: Raptæ puella legitime contrahet matrimonium cum raptore, se prior dissensio transeat postmodum in consensum & quod*

2

ante

ante displicuit, tandem incipiat complacere. add. *ibid.*
 Dd. Erasim. Ungep. *ad Deszet al. d. t. de rapt. n. 2.* Justinianus quidem hoc ipsum expresse prohibuit in *d. l. un. §. 1. vers. nec sit facultas* & *Nov. 143.* Verum Jus Pontificium hoc in casu hodie in terris quoque Imperii receptum, eique standum esse, docent Dd. comm. Jod. Damhoud. *in Prax. Crimin. c. 97. n. 16.* Jul. Clar. *in prax. §. raptus n. 7. & seq.* Magnif. Dn. D. Christ. Phil. Richter *de Adverb. signif. adv. caste 10. p. 66.* Joh. Schneidevv. *ad §. 10. J. de publ. jud. n. 3.* Prosp. Farinac. *in Tr. Crim. p. 5. p. 145. n. 26.* aliique plurimi quos referendo sequitur Bened. Carpzov. *de q. 75. n. 68.* Si igitur puella rapta matrimonium cum raptore inire velit, ipsi, mutata poena ordinaria in extraordinariam, matrimonio quidem jungitur; sed patrimonium raptoris aliorumque auxilium praebentium non ad puellam, verum ad parentes non consentientes, aut his non extantibus, ad fiscum de jure transferrur, per *d. Nov. 143. vers. sancimus itaque.* Ludvv. *d. th. 8. lit. g. in fin.* Gothofr. *ad d. l. un. §. 1. lit. g. C. de rapt. Fachin. lib. 3. controv. c. 46.* quam tamen patrimonii translationem hodie observatam nusquam legi vel audiui. Sed notand. hunc favorem competere saltem mulieribus honestis, non vero vitam viventibus meretriciam. *d. l. un. vr. ibi: raptores virginum honestarum. C. de rapt.* Reinh. Bachov. *d. disp. 32. th. 3. lit. C.* nam lex earum nequitiam non patitur ulcisci, quae pudorem suum aliis prostituunt, & passim venalem formam exhibent. *l. 20. C. ad L. Jul. d. adult.* Nobiliss. Dn. D. Ernest. Frider. Schröter *in Resolut. leg. difficil. Cod. lib. 0. tit. 13. q. 1.*
 quam-

quamvis illarum quoque raptus impunitus non manere, Dn. J. O. Tabor, *in racem. crim. 2. tb. 30.* sed extraordinem puniri debeat Wilh. Ludvv. *d. tb. 8. lit. f.* laudat. Dn. D. Schröder *d. l.*


Et hic in recensendis mulierum privilegiis, ad iter suscipiendum paratus, subsistam. Reliquum quidem esset, ut etiam effectus privilegiorum proponeremus; Verum, quia ex his ipsis propositis privilegiis satis patet qualis cujuscunque sit effectus, ideo gratias agens DEO T. O. M. præter votum ad eundem nihil addo: Tu igitur Trinitas adoranda, Trinitas benedicta & gloriosa, Tu, ut & in reliquis vitæ meæ diebus mihi sis rosa plantata, instillans prudentiæ odorem; Cypressus, submitters virium magnitudinem; oliva, instillans oleum sanitatis, rogo & precor devotissime.

SOLI DEO GLORIA.




DE
CAUTELLIS
CIRCA JURAMENTA
OBSERVANDIS
IN REBUS
SACRIS
MCCCLXXV
DNI FREDERICI WILHELMI
REGIS PRUSSIE HEREDIS ET
MAGISTRI ELECTORIS PALATINI
DNI SIMONIS FRANKIO JC
MAGISTRI
MCCCLXXV
MAGISTRI





NO 78



JOH. VOLK. *Bechmanns*/

Jcti & Antecessoris longe celeberrimi, Consilii Saxonici, Facultatis
Juridicæ, Dicalterii Provincialis & Scabinatus Assessoris gravissimi,
h. t. Decani spectatissimi,

TRACTATUS
DE
PRIVILEGIIS
MVLIERVM,

Von den
Weiblichen Frey- und Gerechtigkeiten.
EDITIO TERTIA



LIPSIÆ,
Impensis JOH. MARTINI BVRGKMANNI,
IN COLLEGIO PAVLINO 1712.

